




346

S. H. L.







Pen 345

~~1~~

~~265~~



Breuis Relatio eorū,
quæ spectant ad Declaratio-
nem Sinarū Imperatoris

Kam Hi



circa Celi, Confucij, et Auorū
cultū, datam anno 1700.

Accedunt Primatū, Doctissimo-
rūq; virorū, et antiquissimæ Tra-
ditionis testimonia.

Operâ PP Societ. Jesu Pekini pro
Euangelij propagatione laborantium. 2.

S^{1^{us}} Acta ante Declarationem.

*Ab anno 1638^o cum grauis controuersia orta
esset circa Ritus Sinicos, contendentib⁹ quibusdā
illos esse Superstitiosos, et Idolo-latricos, quos So-
cietas IESV iam ab annis 50, ut merè Politicos per-
miserat: res tanti momenti, Romam ad S. Sedem
ab utraq³ parte, diuersis temporibus fuit delata.
Iuxta diuersitatem, qua utring³ proposita sunt qua-
sita, diuersæ eorū resolutiones prodiērant; solu-
ta scilicet questione juris, at uerò facti, in qua lon-
gioris moliminiis opus erat, indecisa relicta. Faue-
bat in illa pro opinione Societatis auctoritas plu-
rima Maximorū Vironū, atq³ etiam rationū, et textū
Sinicorū, de quo multi tractatus, et libri uarij pro-
diēre: at uerò cum quæstio rursus usq³ Romam es-
set progressa, nec nisi plurib⁹ annis, longōq³ labore
esset finienda, utrāq³ parte, textib⁹ antiquorum
Scriptorū, pro sensu uero illarū ceremoniarū decer-
tante: quærendū aliquod tantæ controuersia*

compendium uisum est, quod Suae Sanctitati, in primis unionem desideranti, gratissimum foret; simulq; dubium omne tolleret circa prolixam illam tot annorum quæstionem, et anxietatem conscientia quorundam inde existentem.

Igitur communi consilio Patrum Societatis IESU in Curia Pænnensi degentium, iudicatum fuit ad eundem se Imperatorem, et postulanda ejus certam, tutamq; sententiam de sensu uero, ac legitimo Rituum, et caeremoniarum Imperij sui, ut constaret nobis, an esset merè politicus, an uerò aliquid aliud erga Cuiusmodi Philosophum, et maiores Defunctos contineret. Dixim; certam, tutamq; sententiam, cum solum ad Imperatorem spectet, quid in illis agendum, quid sentiendum definire.

Etenim cum supremus sit Imperij sui Legislator, quo ad res, tam sacras, quam Politicas, et ciuiles: ita absoluta est ejus aucto-

ritas, ut toti Imperio, quid in Riti^b. omnib⁹. agendū,
quid sentiendū, absolutè decernat, quouè sensu
intelligenda Veterū scripta, definiat. Accedit
ad auctoritatem ejus definitionis, quod in Impe-
rio Sinarū, summam Eruditionis famam obti-
neat, cui res ipsa satis consentire uidebitur, si
quis multitudinem Scientiarū tū Europæarum,
tū Sinicarū, quib⁹ elucet, sigillatim perpendat.
Ipse eruditos omnes, qui ex toto Imperio huc ad
examen, pro superiori gradu confluant, per se
ipsū examinat, et de Compositionū præcellentia
decernit; Sic ut nomen tantarū Scientiarū obtine-
at, cui pares inter subditos suos inueniri uix possint.
At uerò ad postulandam ejus Sententiam, non pau-
cæ inerant difficultates uincendæ. Tales primo
intuitu uidebantur, ut aliquos è PP. ab illo consilio
planè deterruerint; qui de illis superandis ferè
desperantes, à principio in contrariam Sententiā
abiērunt. Maxima se objiciebat, quod Impe-

rotor uir acutissimi, ac solertissimi ingenii, statim penetrare, et penitus nosse uoluisset, quam ob causam, Patres omnes uno ore, à se talem definitionem postularent, quo consilio? quo fine? de eo uidebatur instituturus multas quæstiones, quibus fortasse in notitiam ueniret Controuersiarum, quæ à Vicario Apostolico contra Societatem mouerentur; quo ita succedente, et inde malis quibusdam fortè euentibus, ingens crimen in Societatem IESU recidebat; quasi auctoritate Imperatoris Gentilis, contra Vicarios Apostolicos malè abuti uoluisset. Hæc ratio diu consiliū detinuit: omnibus omnino iudicantibus tale periculū nulla ratione adiri oportere. Sed tandem uicta est illa difficultas, ac periculū illud planè sublatū; quando modus inuentus est, quo sine ulla Imperatoris suspicionem, aut ullius periculo, à Sua Majestate, illa desiderata Declamatio peteretur; uti modo ex ipsa ratione proponendi constabit.

Re igitur rursum cum omnibus comunicata, et di-

ligenter discussa, ac examinato illo tramite, qui tam-
quam securissimus proponebatur; omnium Patrum
sententiâ probatâ, atq; conclusâ, cõmuni nomine, veni-
ad Imperatorem deferri oportere, seu postulandam
de Rituum Sinicorum sensu Declaratiuam Sententiam.

Quare Dei auxilio per aliquot dies implorato,
ac parato Tibelli Supplicis tenore; primum ad-
monitus est ille anticus mandarinus Tartarus
Hecken dictus, per quem negotiũ ad Imperatorem
deferri oportebat. Dies agebatur 19. Nouembris
1700, decretumq; erat, die Presentationis B. Virgi-
nis, Tibellũ supplicem offerre. Tartarus uir in rebus
Sinicis apprime uersatus, ob suam Eruditionem, acutissi-
mũ ingeniũ, atq; elegantissimũ Stylũ, ab Imperatore
magnopere estimatus, ubi quid rei ageretur audi-
uit; illico nihil dubitans, sensum Ceremoniarum,
erga sumficiũ, et Defunctos plenẽ Politicũ esse, aseruit,
talem esse ueterũ Institutorũ sensum, eam esse Regni-
sententiam. Insuper interrogatus quid de uoce

Tien seu Cælum, et Xam Ti sentiret; Stanim per il-
las Supremū Cæli, et Terræ Authorem, ac Dominū
se intelligere, et ueteres Philosophos, ac Reges intel-
lexisse pronunciauit; ab illo, non uerò a Cælo Materi-
ali, aut aliâ re mortuâ omnia gubernari.

Sed hominem, ut solent hic esse Aulici, in primis pa-
uidū deterrebat metus, qua ratione talem quæstio-
nem à nobis propositam Imperator acciperet: ea
etenim nimium audax postulatio uidebatur: ne-
que in animo habebat ulli, uel minimo periculo nos-
trâ causâ se exponere. Dum in ancipiti uersabatur,
dubius quo euentu, Imperatori decernenda quæ-
stio proponeretur; præsertim cum per illam Impe-
rator, qui Princeps est inscrutabilis, in publicum
prodere cogeretur, et aperte edicere, an Verum
Deum Cæli, Terræq. Dominum agnosceret, et illum, non
uerò Cæli Materiale adoraret: ecce tibi ei fluctuan-
ti aduēnit Eunuclus Ti nomine, unus ex paucis, qui
Imperatori semper assistunt, et in deferendis man-

datis famulantur. cum amicitia ei esset conjunctus Tartarus, ei rem totam proposuit, petiturus ab illo consilium. Felicissimum responsum reddidit; optimam scilicet illam propositionem sibi uideri, ac tuto ad Imperatorem deferri posse. His paucis uerbis, homo auarus placendi Imperatori, non confirmatus modo; sed incitatus non parum fuit, ut rem propositam perficeret: Sed ecce dum nos accingimus ad parandum cum Tartaro illo Tibellum Supplicem linguam Tartaram; Imperator cum Aula ad fluvium Yum Tim Ho uisitandum proficiscitur. Id ipsum uero, quod pro eo tempore in eodem accidisse uidebatur, opportunum fuit. Etenim Tartarus domi relictus est, eo quod tempore, quo Imperator aberat. cum otium ei abundaret, Tibellus Supplex ab ipso in Imperatoris aduentum linguam Tartaram paratus est, ex Sinico scripto summa tantum proponendarum rerum capita continente, eidem in hunc finem a nobis tradito.

Rediit Imperator in Urbem die 28 Nouemb;
cum uero die sequenti, opportuna occasio data non
esset; die 30^o ejusdem mensis, S. Andreae Apostoli
festo, conuenerunt ad Palatiū quinque e Socie-
tate IESU, scilicet P. Philippus Grimaldi Rector
Collegij, P. Thomas Pereyra, P. Antonius Thomas,
P. Ioanes Gerbilhon, et P. Joachimus Bouuet, om-
niumq. Patrum Pekini degentiu nomine obtule-
runt Imperatori Libellū Supplicem per manus
duorū Sulticorum Mandarinorum, nempe pre-
dicti Tartari, et alterius socij ejus, cui Cham Cham
Chu nomen est. Dies erat 20^o. Tunc decime
anni Kam Hi Imperatoris 39. Orāem Imperato-
re omnium nostrū nomine, uerbo subjecerunt.

Scriptæ ad nos ex Europa litteræ fuerunt, auditū
ibi esse, quidquid fama longè sparsit de admira-
bili Imperatoris Sinici magnanimitate, Sapien-
tiâ, librorum intelligentiâ, ac perfectâ in omni
litterarum genere peritiâ: quia tamen igno-

rant Sacrificiorum, Rituumq; Sinicorum sensum; postulant, ut claram illorum sibi explanationem mittamus: Verum cum hæc materia pertineat ad ipsius Imperij consuetudines, nec certò sciamus, an rectè huius Regni Sensem expresserimus, nec ne; non audemus hoc responsum à nobis, solâ priuatâ authoritate nostrâ mittere. Quare reuerenter supplicamus Suae Majestati, ut nos super eâ re, docere uelit.

His auditis, Imperator, acceptum Tibellum Supplicem attentè legit in Aulâ suâ præcipuâ, quam Kien Cim Cim uocant, sub horum octauam matutinam prædictæ diei. Huius autem Tibelli tenor hic erat linguâ Tartarâ: illum hîc subiecimus eisdem uerbis, et characterib; quibus oblatus est Imperatori.

التحفة على راحة اليد واليد اليمنى واليد اليسرى.

التحفة على راحة اليد اليمنى واليد اليسرى.

حقیقتاً اس علم کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

اس کے لئے اس کی تعلیم دینا ہے۔ اس کی تعلیم دینا ہے۔

کتابہ ہندوستان

مقامتیں مستند جو کہیں وہاں اس کا ذکر ملتا ہے وہاں اس کا ذکر ملتا ہے۔

اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔ اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔

اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔ اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔

اس کا ذکر

اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔ اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔

اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔ اس کا ذکر اس کے ساتھ ہے۔

Handwritten text in the first column, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text in the second column, also appearing to be bleed-through from the reverse side. The text is very faint and difficult to decipher.

Handwritten text in the third column, continuing the bleed-through from the reverse side. The text is extremely faint and illegible.

S. 2^{us}

Libelli Supplicis Versio,
in quo continetur Declaratio Rituum
quorundam, et Consuetudinum Sini-
carum eo sensu, quo Societas IESU
hactenus in Sinis eas permisit: obla-
ta Imperatori Kam Hi die 30. Nouem-
bris anni 1700.

Etiam si uiri inter Europæos litterati au-
dierint de Ritibus, quibus Sinæ honorare solent, Cæ-
lum, sumfucium, et Defunctos Parentes: quia
tamen haud intelligunt horum Rituum rationem:
his uerbis ad nos scripserunt. Quandoqui-
dem Magni Sinarum Imperatoris benignitas,
ac munificentia ad omnia loca peruenit, ejusq.
nominis, ac Sapientiae planè admirabilis famam;
omnia omnino regna peruasit; uidetur præ-

dictorū Rituū Consuetudinē in aliquā ra-
tione fundatam esse oportere : quare rogamus
uos, ut de his ad nos sigillatim, et distinctē scri-
batis. Ad hæc sic respondemus.

Quā honorem Cūfucio exhibent Sinae, id
eō faciunt, quō suam ei reuerentiam testentur,
ob traditam sibi Doctrinam; quam cum ab ipso
acceperint, quonam pacto fieri potest, ut ei pro ip-
sa flexis genib? demissōq? in terram capite, debi-
tum honorem non rependant? ea scilicet est uera
ratio, qua orbis Sinicus Cūfuciu pro Magistro
habet, ac ueneratur; et est genuinus sensus, quo Si-
nae illū colunt; quod certē non faciunt, ut ab ipso
ingenium, claram intelligentiam, ac dignitate pe-
tant.

Quod spectat oblationes, Ritusuē, quib? prosequ-
untur Defunctos Parentes, ac Propinquos Fato Funcios,
hæc ab eis adhibentur, ad demonstrandum debitū
amorem, ac reuerentiam, erga illos, nec non grati-

tudinem erga auctores Stirpis, ac gentis suæ. Propterea Veteres Imperatores determinârunt Ritus Solemnies, quib? quotannis, stâtis temporib?, hyeme, atque æstate exhibetur Defunctis honor, tum à filiis erga Parentes, tum à fratribus, cæterisq? erga sibi amicitia, aut consanguinitatis uinculo conjunctos. Quæ institutio, eo expressè tantum animo facta est, ut ea ratione exprimat, quantum potest, sumus in Propinquos affectus.

De Tabellis illis, quas erigunt Auis, et Majoribus suis, dicimus eas non ideo erigi, quòd credant Defunctorum animas in iis residere, uel ut fausta, ac prospera ab eis petant; sed coram illis Tabellis dapæ apponunt, et oblationes faciunt, tantum ut in ipsis quasi uiuis, et presentibus amorem, et reuerentiam deferentes, eo pacto demonstrent constans, ac perpetuum Stirpis suæ auctorum desiderium.

Quod autem attinet ad Sacrificia, Cælo offerri consuetâ, à Præcis Regibus, et Imperatoribus, sunt

ea ipsa, quae Philosophi Sinae uocant Xiao Ze ;
hoc est Sacrificia Caelo, et Terrae dicata, quibus ipsum
Xam Fi, sive Supremum Dominum coli dicunt:
quam pariter ob rationem Tabella, coram qua ea
Sacrificia offeruntur, praefert hanc Inscriptionem
Xam Fi, hoc est Supremo Domino. Unde mani-
festum est, haec Sacrificia non offerri Caelo Visibili,
et Materiali; sed speciatim Caeli, Terraeque ac rerum
omnium Auctori, ac Domino, quem praeter timore Summo,
ac reuerentia, cum non audeant proprio nomine ap-
pellare; Caeli Supremi, Caeli Benefici, ac Caeli Uniuers-
salis appellatione inuocare solent: quem admodum
ubi loquuntur cum reuerentia de ipso Imperatore, om-
nia reuerentiae causa, Imperatorij appellatione, di-
cunt: infra ejus Throni gradus, aut Supremam Pala-
tij Aulam appellant, quae appellationes cum sint di-
uerse quo ad nomen; re ipsa tamen, quo ad rem nomi-
ne significatam, sunt plane unum, et idem.

Hinc similiter manifestè patet Tabellam illam

honorificam, nobis olim ab Imperatore concessam, in qua propria manu has uoces scripsit Kim Tien Cælum colite, reuera fuisse in hunc eundem sensum datam.

Nos homines Exteri, ac subditi Imperatorij; cum simus ejusmodi Rituum parum periti, ignoremusq; an scriptum hoc cum ueritate concordet, necne: reuenter supplicamus, ut nobis, super ea re dignetur Regia documenta impertiri, et responsum hoc, si in aliquo aberret à uero Sinarum sensu emendare.

His perlectis, et attente consideratis, ac perpensis. Imperator in hunc modum respondit linguam Tartarum.

Quæ in hoc scripto continentur, optime scripta sunt, et planè concordant cum Magna Doctrina. Cælo, Dominis, Parentibus, Magistris, ac Pro-Auis, debita obsequia præstare, ista orbi uniuers-

so communis est lex. Ea, quæ in hoc scripto continentur uerissima sunt, neque egent ullâ prorsus emendatione.

* Sinæ Doctrinam (Confucij, Magnam Doctrinam appellent.

Predicti duo Mandarinum ab Imperatore egressi, prout habebant in mandatis, hoc Decretum nobis Juridicè intimârunt, coram multis presentibus in area interiori palatii Imperatoris interiori aulae yam Sin Tien dictæ uicina, et illico scripto exaratum exemplar alterum nobis traditum est, alterum inter acta Regia seruatum

S. 3^{us}...

Consecuta post Declarationem diuulgatio.

Hæc autem Imperatoris Declaratio Statim

cum magna approbatione excepta est: multis
mirantibus esse inter Europæos litteratos, qui
existimarent litteratos Sinenses aliquid in
Cunfucio, præter dignitatem Magistri, aut
supra hominem litterarum insignem agnosce-
re, aut uenerari; Defunctis Majoribus hono-
res plusquam mere Politicos exhibere. Ali-
is dicentibus [inter quos Vam Tao Hoa Audi-
tus in primis eruditus] se aliquid mortuum
non uenerari, quale est Cælum Materiale, sed
eius, et rerum omnium Supremum Dominum,
qui omnia uidet, et intelligit, suamque Provi-
dentiam gubernat. Talem fuisse sensum Ve-
terum Philosophorum, et maxime ipsius Cunfucij,
tam clarum, et manifestum, ut negari à nemi-
ne, nisi scite ueritati repugnante possit.
Alii uero exclamantibus, quid? Familiae, et Domus
singulae Herum suum habent, Ciuitates Prefecti
Regna, et Imperia Supremum Dominum, qui illas

gubernet: et pro Vniuerso non erit Dominus, qui illum
cum Intelligentia, ac Prouidentia moderetur? et
cum Iustitia regat? Atq? ex iis fuit Siu Tao ye
inter Academicos Regij Collegij Han Tsiuuen
dicti, uir sane ingenij, et eruditionis non uulga-
ris, atq? ideo unus præ omnib? selectus ab Impera-
tore ad Algebram Europæam Styli Sinici purita-
te dilucidandam.

Post aliquot dies, in nouis publicis per Prouincias
diuulgatis, hoc Imperatoris Decretum apparuit, quod
fuit ubiq?, quod sciam? cum approbatione exceptum.
Noua autem publica in Sinis, non talia sunt, qualia
in Europa nostra, ubi omni generis relationes congregan-
tur. In his Sinensib?, quæ à færia proueniunt, uix quidquid
aliud, quam Imperatoris, aut Acta, aut Decreta leguntur. Quo-
niam autem uarij in Prouincijs, multisq? urbib? prodit
impressa hæc Imperatoris sententia: expedit hîc genui-
nû, uti ad Prouincias missû est, ac diuulgatû, exemplar,
seu textû proferre, idiomate, uti prodit Sinensi.

康熙三十九年十月二十日奏是日

奉

旨這所寫甚好有合大道敬天及事君親
敬師長者係天下通義這就是無可
改處

曰主上而曰陛下曰朝廷之類雖名
稱不同其實一也前蒙

皇上所賜匾額

親書敬天之字正是此意遠臣等鄙見以
此答之但緣關係中國風俗不敢私
寄恭請

睿鑒訓誨遠臣等不勝惶悚待

命之至

出於愛親之義依儒禮亦無求祐之
說惟盡孝思之念而已雖設立祖先
之牌位非謂祖先之魂在木牌位之
上不過杼子孫報本追遠如在之意
耳至於郊天之禮典非祭蒼蒼有形
之天乃祭天地萬物根原主宰即孔
子所云郊社之禮所以事上帝也有
時不稱上帝而稱天者猶如主上不

乙
治理曆法遠臣閱明我徐日昇安多

張誠等

奏為恭請

睿鑒以求訓誨事遠臣等看得西洋學者

聞中國有拜孔子及祭天祀祖先之

禮必有其故願聞其詳等語臣等管

見以為拜孔子敬其為人師範並非

求福祈聰明爵祿而拜也祭祀祖先

Sensus Relationis huius publicæ sic
habet.

Præses Tribunalij Mathematicæ Philippus Grima-
ldi, Thomas Pereyra, Antonius Thomas, Joannes Ger-
bilhon, et cæteri Europæi, supplicarunt Imperatori
hoc modo. Nos cæteri subditi precamur Vestram
Majestatem, cuius magna claritas est, et illustra-
tio, ut quædam nos edoceat. Litterati Europæi au-
dierunt in Regno Sinensi, esse consuetudinem, ac Ri-
tum, uenerandi Cumsucium, Sacrificia celo, oblationes
Defunctis faciendi, nec intelligunt bene harum re-
rum causam. Optant audire distinctam horum
declarationem. Nos subditi vestre Majestatis
putamus uenerationem exhiberi Cumsucio, tanquam
Magistro, non autem ab illo postulari felicitatem, bo-
num ingenium, aut Præfecturas eius ope obtinendas,
ideoque ei cultum exhiberi. Arbitramur fieri oblatio-
nes Defunctis Majoribus. Schummodo ad prodendum
erga illos amoris, ac desiderij affectum; nec secu-

dum librorum Sinicorum, seu Litteratorum sensum illos rogari, ut protegant; sed hos Ritus fieri tantummodo, ut posteris penitus ostendant suum erga Majores, et Propinquos affectum; et eorum memoriam. Item illam Tabellam, quæ Auis, et Propinguis erigitur, non usurpari, quod putent eorum animas in illis residere: sed solum ut illos representent, quasi sibi adestent. Quò ad Ritus, quibus Cælum colitur, existimamus his sacrificari Cæli, Terræ, et rerum omnium Autori, ac Domino; non uero uisibili fusco-flauo Cælo. Nempe Confucius ait, quod illa sacrificia Kiao &c dicta, pro intentione, et fine habeant Xam Ti, seu cæli Supremi Domini uenerari, qui aliquando non uocatur Xam Ti, sed Cælum. Sicut Imperator, seu Supremus Dominus, sæpe non uocatur hoc nomine, sed dicunt infra ejus Throni gradus, aut Supremam Palatii Aula appellari. Quæ quamuis nomina sint diuersa, tamen res significata eadem est.

Quondam Sua Majestas hoc nobis benefi-
cium fecit, ut nobis dono daret has propria
manu scriptas litteras, Kim Tien id est
(Caelum Glendum) haec uerba, juxta jam expli-
catum sensum intelligimus. Nos ceteri subdi-
ti parum haec intelligentes in hunc sensum respon-
demus, ueni quia ea spectant ad Ritus Sinicos
non audemus propria autoritate hoc responsum
mittere. Proinde rogamus Vestram Majestatem,
ut nos docere in his uelit, et cum submissione, ac
reuerentiâ Suae Majestatis mandatum expecta-
mus

Imperatoris Sententia haec fuit;
Quae hic scripta sunt: optimè scripta sunt, et planè
concordant cum Magna Doctrina; Caelo, Domi-
nij, Parentibus, ac Magistris debitam uenera-
tionem exhibere, ista orbi uniuerso communis
consuetudo est. Omnia, quae in hoc scripto con-
tinentur, uerissima sunt, neq. ullus locus est in
eo, qui debeat emendari.

Hactenus Versio Relationis Sinensis, quæ per
omnes alias Prouincias è furia fuit diuulgata;
in qua Versione notari posset, quod uocabulum Qi
applicatum Cælo, uersum sit in sensu Sacrificij, et
idem uocabulū applicatū Majorib? Defunctis, in
sensu oblationis: sed notari debet, eam uocem Qi
latam hîc habere significationem, eamq? utrobisq?
ualde diuersam; sicut in linguâ Latinâ uer-
bum adorare, quod applicatū Deo aliud signi-
ficat, quam dum dicuntur in Scriptura fratres
Joseph illum adorasse. Quod autem applicata
uox illa Defunctis, non significet offerre Sacri-
ficiū, satij patet ex hac ipsa Imperatoris de-
claratione.

S. Aus
Effectus Declarationem Consequen-
tes.

Optimos effectus habere hîc poterit ea De-
creti huius Imperatorij diuulgatio: cum enim sit

summa, et absolutissima authoritas Imperatoris Si-
nensis, cuius solius est Leges condere, et conditas
interpretari, ejuj determinatio quo ad subditos mag-
nam vim habet. Ac primò quidem uidetur uali-
dissimú contra Atheos argumentum, ac pro ea
authoritate, ac æstimatione doctrinæ, quam mag-
ny hic Princeps obtinet, aptissimú ad efficiendú,
ut illi à suo Atheismo recedant, agnoscantq? dari
Causam Primam, uiuentem, et intelligentia præ-
ditam, à qua omnia existunt, et cuius Proui-
dentiã gubernantur. Sane experientia
ostendit frequentissima, quod sola ratione faci-
le conuicti, illam uerè existere agnoscant, quã-
ri non ideo glorificent. Quanto magis, quan-
do tantum autoritatis pondus acceperit. Adde,
quod de Litteratis Sinis, saltem multis, qui Athei
sunt, aut uidentur, meritò dubitari possit, an uerè
in corde suo Deum esse negent, an uerò magis
ex gentij superbiã ad Atheisticos sensus, tum

in scriptis suis, tum in sermone, proferendos per-
trahantur. In illis sanè Commentariis, et Veterum
interpretationibus, quas scribunt, plus fama inge-
nij, quam ueritas queri uidetur; dum per causas
naturales, omnia explicare nituntur, sine ullo ad
Causam inuisibilem recurru. Quod et interdum
faciunt ipsimet Philosophi in Europa, quantum
Christiana fides permittit. Quot sunt in Phi-
losophià à communi Veterum tramite recedentes,
qui ingenij subtilitate, et desiderio nominis ma-
gis, quam ueritatis pondere abrepti, in acutissimas
Sententias abeunt, etiam ultimos terminos, quos
fides Christiana posuit, suo tramite radentes, aut
etiam prementes, ingeniorum, in scientiarum
Studijs luxuriantium effecta sunt; quæ dis-
fide Christianâ non coercentur, incitata laudis,
et gloriæ cupiditate, quid mirum, si in præcipi-
tia errorum, et Atheismi, uerbo, scripsit? prola-
bantur? Quare de eo loquendo, recte dixit Im-

perator sub finem anni præteriti. Ea, quib?
Litterati neoterici Veterum statu-
ta exornant, et amplificant, non sunt,
nisi quædam inuenta, et exornatio-
nes Rhetoricæ, quib? suum ingenij flo-
rem, et Styli ostendant.

Igitur cum Atheismus ille modernorum et Veterum
Rituū corrupta, et uiolenta interpretatio magis in
subtili scribendi consuetudine ex innatâ gentij
superbiâ, quam in certa animi persuasione residere
uideatur; accedente hac Imperatorij declaratione, fa-
cile induci poterunt, ut suos Atheisticos sensus, ueros,
fictos uè deponant; cum illa per Imperiū diuulgata,
efficax sit Dei Existentiæ prædicatio, quæ non sine
fructu, in gentiliū animis esse potest, mandarinij plu-
rimis, plerisq? litteratis, et magna plebij multitudine,
eam per ipsa noua publica audiente.

Deniq? ea erit perpetua, publicaq? totius Ecclesie Si-
nensis ad omne Imperiū protestatio, ab ipso Impera-

toꝛe probata, quod in exercitio Rituum Sinicorum,
Cultum merè Politicum Confucij, et Defunctorum, secundum
Regni Leges, ab ipso Imperatore explicatas intendat,
sublatum omnibus Superstitiosis intentionibus, aut rebus,
quæ non à primâ Institutione extiterunt, uti Imperator
declarat, sed longa temporum serie, uitio hu-
manæ cœcitatij, ac naturæ prauæ, ad Idolo-latri-
cos cultus inclinatae irrepserunt.

S^m S^{us}
Testimonia Primatum, et Præcipuorum
quorundam Doctorum Imperij Sinensis,
de eodem sensu Rituum, et Consuetudinum
Sinicarum.

Sufficere uidebatur tam distinctum, authenticum
Imperatorij testimonium, ut persuasum esset in Ritibus,
et Consuetudinibus Sinicis, de quibus controversia est, nul-
lum aliud sensum, nisi merè Politicum contineri: ete-
nim cum ad Imperatorem pertineat declarare, quo
sensu fiant Ritus Imperij sui; ut pote, qui est Legum

Juridicus Interpret, ac ipse Legislator: Dubiū nul-
lum relictum est, per ejus claram, et distinctam de-
clarationem supra relatam, quo sensu eae Consuetudi-
nes Imperij ejus intelligendae sint. Verū neguid
ad maiorem veritatis firmitatem desiderari uide-
atur; consultum uisum est, exquirere insuper
super eadem re eorum sententiam, qui nunc tem-
porij maximā hīc florent famā nominij, et auctori-
tate, tum propter dignitatis gradum, tum propter emi-
nentem Litterarum Sinicarū scientiam.

Haec autem Testimonia, ne aliquando in dubiū
à quoquam reuocari possint; unā cum Declaratione
Imperatorij Seruantur in Archivio Collegij Pekinen-
sis, partim eorundem Primatum, ac Doctorum sigil-
lo, et subscriptione munita, partim authentico eorum
Patrum testimonio firmata, qui tantū coram ore te-
nui acceperunt, quando scilicet à tam grauibz uirij
opportuū non fuit scripto exigere.

Primum sit Testimoniū Reguli, seu Principij mag

ni nominis in hac Curia, fratris scilicet nata mi-
noris ipsius Imperatoris, etatis plusquam annorum
40; qui nec uenationi, nec alijs Principum recreati-
onib? deditus, libris legendis, et acquirenda erudi-
tioni ad animi relaxationem, quo ad negotia otio-
sus, tempus operamq? impendit. Unus è Societa-
te JESU cum conuenit die 20.º Maji, anni 1701, ut su-
per Rituum Sinicorum sensu, ejus sententiam inqui-
reret. Is introductus in ejus Palatium, conspectumq?
et ad latum in strato sedere iussus est, stantib? ex ad-
uerso quatuor Reguli filij. Post uarias ejus de uari-
is reb? interrogationes, et ostensam orbis delineationem,
quam ipse Princeps in paruo uentilabro artificiosè,
et accuratè descripserat; ei uicibim oblata est illa
Declaratio sensus Rituù Sinicorù linguâ Tartarâ,
eisdem uerbis, quib? Imperatori fuerat oblata. Legit eam
attentè, et probauit. Insuper addidit, Veteres Sines su-
perstitiosy cultib? caruisse, qui paulatim uitio tempo-
rù in Regnù Sinense se intromiserunt; illos solum

Xam Ti, seu Supremū Cæli Dominum adorâsse, non
mortuum, sed uiuū, eoz. nomine, aut etiam Cæli, ve-
rum Deum conditorem, Rectoremq. vniuersi intelle-
xisse, quem nos Christiani sub nomine Domini Cæli
adoramus, eiq. soli uerum Sacrificiū obtulisse.
Valde laudauit libros P. Mathei Ricci de Dei
Existentiâ, quos ab aliquot mensib. Linguâ Par-
tarâ acceperat, et postmodum insuper linguâ Si-
nicâ habere uoluit. Eisdem Princeps Imperij
Hæres, coram plurib. e. Soctē JESV pluries ultrò
magnis laudib. extulerat; in quib. scilicet P.
Ricci textib. Sinicis probat, antiquos Sina sub
nomine Xam Ti, non Cælum Materiale, sed ue-
rum Deum Cæli, et Teme Dominū adorâsse.
At insuper Regulis Leges Morales, rectè uiuen-
di traditas à Confucio, Legi Christianæ, quam
ipse nouit, conformes esse, illum tantum ex-
plicâsse, quæ pertinent ad hanc uitam dirigen-
dam, et post illam secutura non attigisse, quia,

si tam difficile experiebatur efficere, ut sibi homines crederent, et suae Doctrinae assentirentur in reb? uisibilib?, sibi persuadebat multò difficilius de reb? inuisibilib?, quae sunt post mortem, credituros. Demum post uarias interrogationes de Angelis, et Daemonib?, de statu Animarum post mortem, de orationib? pro mortuis, alijsq? ad Religionem spectantib?, de quib? loquentem per duas, et amplius horas audiuit, adstantib? filijs suis, Patrem beneuolè, et cum honore exceptum à se dimisit.

Alterum sit Per-Mistris uiri So san Lao ye, qui annis 10 Glaum, seu primum totius Imperij Ministrum egit, antea Praesidem Tribunalis Rituum, nunc uerò Praetorianorum Praefectum, et Imperatori à Consilijs ferè praecipuum. Is est, qui anno praecedentis Saeculi 92º missus est ab Imperatore ad Tribunal Rituum, ac deinde Glaorum, ut sua eloquentiam persuaderet, dandam Libertatem Edicto

Publico, Regi Christianæ, ad quam ille bene affectus strenuè id præstitit, et efficaciter est consecutus.

Hic vir Primarius à duobus Soctis Jesu super sensu Rituum, ac consuetudinum Sinicarum interrogatus die 21^o Aprilij anni hujus, ita respondit. Aperiã, inquit vobis ultro, quod rei est, quoddam censuerunt semper super his sapientissimi quique. Cum ficius fuit vir insignis probitatis, et doctrinæ: Imperio Sinico tradidit regulas vitam, rem domesticam, atque ipsum Imperium rectè instituendi; et propterea colitur tanquam vir eximie probus, et Sapiens: nihil in eo fuit, neque agnoscitur supra humanam conditionem. Cultus ille, ac Ritus omnes, quibus colitur à Sapiensibus, sunt valde diversi ab illis, quibus coluntur Spiritus, et idola: neque enim in hoc cultu, qui solum est gratitudinis erga Magistrum, et observantiæ argumentum, quidquam felicitatis, aut adjuvamenti ab eo petitur, aut speratur. Interrogatus deinde, an non sint, qui dicant, et credant, animam sum-

Cunfucij residere re uera in illa Tabella, coram qua celebrantur eiusmodi Ritus, aut in illam descendere, quig? ab eo petant, sperentq? ingeniu, scientiam, dignitates? id uehementer rejiciens, et indignans, ait: absit à Magna Doctrina, spuria illa imperitorum et in Rege Sinica falsariorum locutio, et praxes à mente Sapientum tam alienae.

Deinde circa Ritus ergo Defunctos dicere requisitus, quid sentiret; respondit quoq?, eos nullaten? eolia Sapientib?, idoloru, aut spirituu more, sed solum Politico tantum, ac civili, nihil omnino ab ijs peti, aut sperari, nihilq? aliud intendi solito illo reuerentiae, ac cultus apparatu, hoc est, tam frequentib? corporis inclinationib?, clapib?, suffitu, alijsq? oblationib?, inò et ipsimet illy Tabellij, coram quib? singula illa celebrantur; quã ut filij, ac nepotes suum erga Progenitores amorem, de sideriu, et gratitudinem, quantum in se est, ipsij ueluti presentib? testentur; insuper, ait, quod jam de Cunfucij cultu dixerat, neminem posse, citra notam in-

peritica, aut hæreseos in Sapientum doctrina, quid
quam contra hæc dicere, aut sentire.

Deniq; interrogatus, quid censeret de Xam Ti, et
de Cælo, cuius cultu, et inuocationem multu deprædi-
cant litterati Sinae; respondit, per uocem illam Tien
id est Cælum, ubi agunt de ejus cultu, et ueneratione
Sapientes Sinae, intelligi ab iij, non quidem Cæ-
lum Materiale, et uisibile, sed Xam Ti, hoc est Su-
preum Cæli Dominum, qui est rerum omnium auctor,
largitor bonorum omnium, orbis uniuersi Dominus, om-
nia uidens, omnia audiens, omnia gubernans, ac deni-
que is ipse, quem nos Christiani, sub nomine Tien Chu
seu Cæli Domini adoramus. His deinde subiecit,
quod quando iussu Imperatorij, pro Libertate Reli-
gioni Christianæ concedenda, egit apud Præfectos
Supremi Tribunalij Rituum, et apud Cælos Sinae,
quoru aliqui repugnabant, hac ratione usus sit ad per-
suadendu, quod nos coleremus eundem supremu Do-
minum, quem Sinae ab antiquissimo tempore semper

coluerunt; euidens scilicet esse, eum supremum rerum om-
nium Dominum, quem Europaei Tien Chu uocant, et ad-
rant, esse eundem, quem Sapientes Sinae sub nomi-
nibus Tien, et Xam Ti uenerati sunt.

Cum autem hic uir Primarius, saepius ex officio ad-
stitisset Imperatori Sacrificanti in templis Tien Tan, et
Ti Tan, hoc est Caelo, et Terrae dicatis, siue Supremo
eorum Domino, ut constat ex inscriptione frontispicii,
et Tabella, de quo infra, atque insuper, cum etiam
aliquoties ab Imperatore delegatus fuisset, ut
eius loco Solemne illud Sacrificium offerret, de
illis Templis, et Sacrificiis interrogatus ita respon-
dit. Nihil, inquit, in his Templis, ac Sacrificiis agi-
tur Superstitiosum, nihil cum Idolo-latrij commu-
nitate. Nulla ibi statua, aut figura; nihil aliud praeter
Tabellam, in qua scriptum est uocabulum Xam Ti,
siue Supremus Caeli Dominus. Neque in Solemni illa in-
uocatione, quae Imperatorij nomine, alta uoce, ex scri-
pto pronuntiatur eo tempore, quo ipse offert Sacrifici-

ciū, continetur quidquam aliud, quam Suppli-
catio, quæ fit Supremo Cæli Domino, qua pro toto
Imperio petuntur omnia necessaria ad felicitatem
publicam, ac tranquillitate

Hæc ubi profere desiit, data est ei legenda De-
claratio supra relata, et approbata Decreto Im-
peratoris; quam cum legeret, ad singula capita,
ita omnino se habet, aiebat: ea conformia sunt
iis, quæ uobis modò exposui: hic genuinum est Ritu-
um illorū sensus, uerè, et distinctè expressus.

Tertium Testimoniū sit ab altero Primario viro,
qui ordine, et authoritate nihil inferior est priori, sci-
licet Mim Tao ye, et pari bono affectu cum suo
Collega, Diuinam Legem, cuiusq; ministros prosequitur.
Is fuit Primus Colary, seu primus Imperij minister
annis 15; nunc uerò Imperatori à Civilis, Palatii
Magnatem agit. Olim Iuuenis, ob eminentē
scientiam in litteris Sinicis, ac Tartaricis, summāq;
ingenij laudem, ab Imperatore Xim Qui factus

Bibliothecæ Regiæ Præfectus, ad uertendos Sinicos
libros in linguam Tartaricam, adhibitus fuit; sic,
non minori laude eruditionis, quam summæ aucto-
ritatis, quam in hac Curia obtinet, per totum Impe-
rium sit notissimus, et in summo honore ab omni-
bus habeatur.

Hic uir interrogatus quid de Ritibus Sinicis
sentiret, à duobus eisdem Patribus à Societate IESU,
eadem die 2^a Aprilis anni huius, quo scilicet sen-
su Cælo, sumfucio, atque Defunctis cultus exhibe-
rentur, quid de iis singulis ipse, quid Sapientes
Sinae sentirent. Ad singula quæstorum capita,
eodem sensu prorsus respondit, quo supra eius col-
legam respondiisse retulimus, uerbis solum utamur
diuersis. Sapiens autem inculcauit ne umbram qui-
dem Diuinitatis, aut potestatis plusquam humanæ
agnosci à Sapientibus Sini in sumfucio, et Progeni-
toribus Defunctis, nihil ab illis peti, aut sperari. Au-
diendo cum risu mirabatur esse homines in Europa

qui suspicarentur Sinarum etiam Sapientes Colere. Cum
fucium, Avos, ac ceteros Parentes Mortuos, tam quam
Idola, aut Spiritus, in quibus esset potestas ipsorum bene-
faciendi, id illis exprobrans, quod de Sapientibus Si-
nis tam temere, et injuriose sentirent. Insuper sub-
juxit, adificia publica cum fucio, publica Progeni-
toribus Defunctis non construere nisi ad significandam
gratitudinem, et observantiam suam erga utrosque,
erga Confucium quidem, ut Magistrum, et Restaurato-
rem Regularium vite humane conformiter recte
rationi instituendam, et Imperii recte administran-
di; erga Progenitores vero tam quam vite sue, ac
bonae educationis autores. Præterea semel, iterum-
que distinctè asseruit, à nomine Magnæ Doctri-
næ bene merito credi, aut dici, animas tum Con-
fucij, tum Progenitorum residere in illis Tabellis.
XIII quæ dictis, coram quibus celebrantur Cere-
moniales Ritus, aut in eas descendere: Sed prædic-
tas Tabellas eo tantum consilio erigi, ut earum præ-

sentia, oculis adstantium objecta suppleat quodammodo (cumfucij, et Progenitorum mortuorum absentiam, eorumque excitet uiuidiorem memoriam),

Quoad uocabula Tien, id est Cælum, et Xam, id est Supremus Cæli Dominus, eadem etiam omnino exposuit, quæ in precedenti Testimonio continentur, asseruitque sub illis nominibus à tempore antiquissimo coli à Sapientibus Sinijs Supremum rerum uniuersarum Dominum, omnia intelligentem, nihilque diuersum à Deo Optimo Max., quem nos sub nomine Tien Chu adoramus, et quem ipse non ita pridem in Ecclesia nostra adorauit. Insuper retulit, quòd tempore Persecutionis, quam excitauit Yam Guam Sien anno præteriti Saeculi 1664, cui ipse actor, et testis oculatus interfuit, à plerisque Imperij Principibus, ac Magnatibus congregatis, ita fuisse initio iudicatum, et ab omnibus feliciter pro caua Religionis iudicandum, nisi impius, ac nefarius accusator, uiso hoc malo Suae accusationis statu, Sacram Christi Crucifixi imaginem

obtulisset, quam à Christianis adorari aiebat,
tanquam Supremi rerum omnium Domini; quo qui-
dem gentilibus doctrinae Christianae ignarij in illo so-
lemni consilio suspicionem mouit contra Christi Do-
mini Legem superstitionis cuiusdam, ac perniciosae
nouitatis. (Hic autem breuiter notandum, quam
falsò nonnulli Romae Doctem Jesu infamauerint, quòd
Christi crucifixi mysterium occultaret; cum eo tempo-
re accusator cum adoratae Christi crucifixi imaginis
objecto crimine tanquam noto, et publico contra nostros
proderit, atq; etiam illam imaginem, quam ex eorum
libri desumpserat, sculptam tabulam impresserit, et ad
opprobrium diuulgauerit.)

Denum idem interrogatus de Ritibus et Sacrificiis
in Templis Tien Tan, et Si Tan celebrari solitis, quibus ip-
se crebro iuxta Imperatorem interfuit, et quae etiam
ipse nomine Imperatoris delegatus solemni Ritu ob-
tulit; eadem omnino respondit, quae ipsius collega in
priori testimonio relata, scilicet in ijs duobus Templis,

quamvis Situ, loco, ac nomine diuersi, unum, et eun-
dem Cæli, ac Terræ Supremū Dominū colit; eam ue-
rò loci, ac situū diuersitatem solum introductam fu-
isse ab Imperatore Kia Cim è Familia Tay Mim,
qui anno à Christo Incarnato 1522 adiit Imperiū,
cum ante ejus ætatem, unicū fuisset Tien Tan, seu
Templū, in quo Cam Ti, hoc est Supremus Cæli, Ter-
ræ, Solis, Lunæ, cæterorum Syderum, ac rerum omnium
Dominus colebatur.

Post hæc oblata est illi Imperatorij Declaratio su-
pra relata §. 2.º qua attentè perlectā: uidetis, in-
quit, quā exactè uobis explicuerim legitimum horū
Sinitū sensū, et quā rectè mea dicta cum hac decla-
ratione concordent. De agnoscendā in summo, Pro-
genitorib⁹ Mortuū diuinā quadam uirtute benefaci-
endi, et ab illis idcirco boni sperandij, ac petendij, aut
de presentiā credendā animarum in Tabellis, apud
Sapientes, et Magnæ Doctrinæ peritos, ne umbra qui-
dem horū omnium est; et qui hæc somniat? scilicet illi,

Quisq; omnes, non alio animo sunt instituti, nec
alio consilio exhibentur, siue Confucio, siue Pro-
genitorib;, quam gratitudinis, et observantiae cau=
sa erga mortuos, et absentes, quasi presentes adefent,
qui est genuinus libroru nostroru sensus, ubi non legi=
tur Di Fi, hoc est, quod sint presentes, sed Pisire ada
li, hoc est, quasi adefent presentes, Tartarâ enim,
non Siniâ linguâ loquebatur.

Quartu Testimoniu sit à Primo Imperij Ministro,
sèu Colao, qui eam modoriam à 14. annis dignitatem ob=
tinet, nomine Y. San ghâ. Is gregarij militij filij in
litteraru studio eum successu habuit, ut ab infimo
Magistratus gradu, ad supremu, quem cum summa
laude administrat, paulatim conscenderit. Ab Im=
peratore ita aestimatur, ut quamvis saepe ob seniu
dimitti ab officio petierit, nunquam id consequi po=
tuerit. Hic vir, qui etiam plurib; annis supremum
Presidem Tribunalij Rituu egit, die 28.^a Maij an=
ni huius, interrogatus à duob; Patrib; è Socetate

quid sentiret de cultu erga Confucium, et Proge-
nitores mortuos, à Sapienlib? Sinis exhiberi soli-
to, et quæ esset mens litteratorum Sinarum, circa il-
los Ritus. Primum à illy quæsiuit, quam ob causam
id à se interrogarent? responderunt nihil se aliud
intendere, nisi uerum, et germanum sensum horum Ri-
tuum edoceri ab homine, quo scirent rix quemquam
esse in toto Imperio peritorem in hijs reb?, utpote, qui
à puero litteris egregie operam dedit, quiq? sine ullo
alio, quam Doctrinæ, et summo in reb? administran-
di peritiæ adminiculo, per omnes Magistratum gra-
dus, ad supremam Primi Solai dignitatem euec-
tus est; aliqua dubia de germano eorum Rituum
sensu exorto esse in Europâ, quò proinde uel-
lent dedantam sibi rei ueritatem transmitters.

Cognito hoc interrogandi motiuo, Solaus sic ait: Pre-
dictus cultus adhibetur tantum ad ostendendam
gratitudinem, ac reuerentiam. Ad hæc uim nihil
adderet, prouiderunt Patres horum Rituum explana

tionem illam, quam Imperatori obtulimus, supra
relatam, nullâ factâ mentione responsionis ab Impera-
tore data; huic tamen explanationi addiderant,
quod per uocem Tien, seu Cam Si, non intelliga-
tur Cælum Materiale, et uisibile, quod caret intelligen-
tiâ, à Sapien^{tibus}, à litteratis coli; sed aliquod Ens
immateriale summè intelligens, cuius est bona
bonis, et mala malis respondere. Legit ille attentè
oblatam explanationem, et relegit; hasitò aliquan-
diu ponderans diligentius, quæ de Cælo intelligen-
te, ac remunerante scripta erant; tum reddita ei
illa explanatione, ita est omnino, inquit, uti in
uestro scripto exposuistis. Ritus illos clarè, et in
uero sensu explicuistis. Hoc responsû etsi sin-
gulis capitibus satisfacere uideretur; nihilominus
ultra quæsierunt, num in Cùm fucio, et Pro-
genitoribus mortuis agnoscatur aliquid præter
humanam conditionem? num ab iis aliquid
operetur, aut petatur? num Sapienter existi-

ment animas in tabellis residere? aut in illas
tempore, quo sic coluntur, descendere? aut appo-
sitorum ciborum fumo pasci? tum cum risu quodā
ejusmodi opinionem reprobante, ait; quonam mo-
do id possent existimare? Si qui peterent, an id cir-
co consequerentur? hæc omnia ad significandā
gratitudinem erga Imperij Magistrum, et vitæ au-
thores fiunt, nihilq; aliud prorsus intenditur. Hæc
ille Primus Imperij minister maximi nominis, qui
olim decreto suo concedendā in toto Imperio Christi-
anae Legis Libertate, primus subscripsit.

Quintum Testimoniū sit, quod nobilitate generis,
ac auctoritate primum locum obtinere posset, scilicet Ne-
potis ejusdem Confucij, qui hereditarium à multis sæ-
culis Principatum obtinet in illa regione, ubi Sepulchro
Confucij latè circumjacet, et ibi in maiorum suorum ter-
ris, ac domicilio sedem habet in Provincia Xan-Tum.
Huic neque scientia rerum, quæ ad cultum Confucij
Progenitoris sui pertinent, deesse potest, ut oote, qui eo

in loco habitat, ubi etiam ab ipsis Imperatoribus
Cumfucio cultus exhibentur, neq: etiam zelus tuen-
di ejus honoris, cum ille cultus exhiberi solitus Cum-
fucio, Familiae Capiti, in proprium ejus honorem cede-
re censendus sit.

Ille autem Cumfucij Nepos, cum hoc anno in
aulam uenisset Imperatoris Natalitio à PP. Soci-
etatis ibidem interrogatus, quid censeret de illa
declaratione legitimi Sensus Rituum Sinicorum, quae
fuit Imperatori oblata; ubi illam legit; ita scripto, suo
nomine subsignato, et proprio sigillo munito respondit.

Vidi uestram ad Europaeos responsionem circa Ritus
huius Regni, scilicet honorari Cumfucium ob doctrinam,
non uero ab illo peti prosperitatem, aut protectionem.
Ita plane est, et ueram huius cultus radicem attingit.

Sextum sit Testimonium Sinenſis Glai, sine Primi mi-
nistri inter Sinenses, nomine Vam Hi, uiri toto Im-
perio, ob eruditionis, ac prudentiae famam celeberrimi,
qui jam ab annis plusquam 20, Glai, seu Prima

rij ministri officium gessit. Hic consultus super legitimo sensu Rituum Sinicorum, ita respondit scripto proprio nomine signato, et suo sigillo munito. Vidi illam explanationem uestram Rituum Sinicorum: Clare, et distinctè declarasti uerum, et legitimum sensum, quo Sapientes, et litterati Sinenses, Cælum colunt, Defunctos Parentes, Maiores, Magistrumq. uenerantur. Illud Decretum, quod circa horum Rituuum declarationem, Imperator iuxta Regulam Imperij protulit, planè ex Doctrina Cùm fucij uerij fontib. est.

Septimum Testimoniũ sit uiri quoque Sinensij magni nominij ob eruditionem, nomine Chamym, qui multis annis in litteris Sinensib. Magister Imperatorij, et filiorum ejus, quotidie in Palatio deseruiit, et plurib. annis Tribunali Rituuum Præsidijs officio functus, nunc supremam ab aliquot annis Glai, seu Primarij Ministri dignitatem obtinet. Quæsitã ejus sententiã circa declarationem ueri, et legitimi sen-

suis Rituum Siniconum, hoc Testimonium suo nomine
subscriptum, et proprio sigillo munitum reddidit.
Vidi exemplar litterarum, quas litterati Euro-
paei hic degentes rescripsērunt ad suos in Euro-
pam, in iij^{is} animaduerti ualde perspicue expo-
ni rationem Sacrificiorum (quo huc offerri solitorum,
Rituūq^{ue} Ceremonialium, quib^{us} colimus uiros uirtute
precellentes, ac Progenitores Defunctos; atq^{ue} hinc
intellexi predictos Europaeos sic esse in librorū
nostrorum Classicorum lectione uersatos, ut probe
discernant certa ab incertis, uideanturq^{ue} subti-
lissimos eorum sensus penetrasse, imo et illorum
Sententia penitus, ac sine ulla diuersitate con-
cordet cum Ritib^{us}, et praxi praescriptis à Priscis,
Sapientissimisque Majorib^{us} nostris. Unde ad planè
satisfaciendum desiderio uiuorum Litteratorum,
ad quos rescripserunt, satis est, si proponant iij^{is} le-
gendum responsum super his datum, et ab ipso
Imperatore sic approbatum, ut ad perfectam rei

cognitionem nihil supra desiderandū uideatur.

Octauum sit Testimonium omnium litteratorū totius Chinæ facile Principis, nomine Han; qui nunc Supremum Præsidentem agit Tribunalis præcipuorum Imperij Doctorū, qui ex omnib⁹ Pro- uincijs, præuio examine, ab ipsomet Imperatore deliguntur: hoc Tribunal Han Tin yuen dicitur, in hac Curiâ grauiſsimū: insuper Præsidentem agit Supremi Tribunalis Rituum, eruditionis suæ famā celeberrimū. Hic uir primariū, Lectā illā declaratione circa legitimū sensum Rituum Sinicorū, quam Imperatori obtuleramus, in Europam transmittendā; suo nomine, et sigillo firmatū Testimoniū hoc reddidit. Præcipuorū Capitū Doctrinæ Sinicæ, quæ pertinet ad cultum Xam Ti; item ad Ritum, quib⁹ colimus Defunctos Progenitores, ac Magistros, legitimū sensū uerè penetrarunt. Lecta enim illā declaratione, quam mittunt ad suos in Europam,

cam observavi planè conformem esse cum Doctrinâ veterum Sapiëntiû, et cum profundissimo æquè ac eximio sensu Librorû Classicorum: ita ille.

Ex eodem autem Supremo Tribunali Imperij Doctorû, qui rei litterariæ, et librorum Classicorum interpretationi præsent, aliqui alij Doctores interrogati super eodem sensu Rituû Sinicorû: idem, aut simile Testimoniû dederunt, propriâ subscriptione, ac sigillo authenticû.

Nonum Testimonium sit ejus, qui secundus est à Præsidente titulo honorario in Supremo Tribunali Rituû, nomine Sun, inter Doctores in prædicto eorum Tribunali maxime authoritatis, Præfectumq; agit Regiæ Bibliotheca, et Præsidentem Tribunalis, ad quod circa cultum Cunjucij cæremonice spectant.

Cum unus è nostris Patrib; aulam magni Gymnasij Cunjuciani Que cu Kien dicti, ingressus diei Lunæ 3^æ anni hujus, quæ Pescini erecta est in honorem Cunjucij, estq; inter omnes aulæ toto Imperio, huic Philo-

sophorū Principi dicatas, longè celeberrima; inuenit
loci illius, ac caeremoniarum Cūfuciani cultū Præsi-
dem prædictum Sun Tao ye. Ab illo interrogatus,
quam ob causam uenisset. respondit non aliam esse,
quàm desiderium audiendi à uiro Pituum Sinicorum
peritissimo, ac præcipui Gymnasij Cūfuciani Præside,
quisnam sit uerū, ac legitimū Sapientum Sinarum
sensū, circa Ritū, quib? Cælum, Progenitores Defun-
cti, atq? Cūfucius coluntur. Quib? dictis, obtulit ei
legendum foliū eo sensu conscriptum, quo fuerat
Declaratio Imperatori oblata, nullā tamen huius ob-
lationis factā mentione. Legit Præses attentè semel,
iterumq? singula uerba perpendens, et illud quoad
singula capita ualde approbavit dicens: plane con-
formia illa esse Sapientum doctrinæ. In eo autem
præ cæteris laudauit ultimū caput, quod spectat ad
cæli cultum, atq? in primis uerba quædam addita, quæ
summam Xam Ti intelligentiam tribuunt.

Decimum sit Testimonium uiri Suis, non tam

dignitate, quam inter Tartaros, et Sinas summâ
eruditione insigni, nomine Li; qui per 30, et am-
plius annos ab Imperatore occupatus est in Palatio,
modò in componendis libris, tum Tartaricis, tum Si-
nicis de multiplici argumento, atq; in primis deis,
quæ pertinent ad varias Religiones, seu Sectas, quæ
in hoc Imperio uigent: modò in uertendis scientiis
Europæis in alterutram linguam, quam utramq; ap-
prime callebat. Is etiam uertit jam pridem libros
P. Maschi Ricij de Dei Existentiâ è linguâ Sinicâ
in Tartaricam, et quosdam alios, qui modò magnâ
utilitate impreßi sunt. Tantæ igitur Eruditionis
uir, ac Sinicæ uetustatis notitiâ uix ulli secundus,
interrogatus quondam ab aliquo e nostris | nam ab ali-
quot annis obiit | quid de prædictis libris, eorumq; Au-
thoribus sentiret: is ingenue ac sine fuce, pluries asse-
ruit manifestè relucere in illis libris genuinam uete-
rum Sapientum Sinarum. de colendo Cælo, seu Xamdi
Doctrinam, ac perfectam ejus, quo ad hoc, cum Chris-

tiana Religione conformitatem. Addidit mirari se
satis non posse, qui fieri potuisset, ut P. Matthæus Ricci-
us sic penetrasset abstrusissimos librorum suorum Ca-
nonicorum sensus, et iuri extranei perspicacia tan-
tam ibi lucem attulisset, ubi doctissimi quique pluri-
bus sæculis cœcutire uidentur. Demonstravit enim,
inquebat, ueri Dei cultum, accognitionem fuisse ab
antiquissimis temporibus apud Sinas, primum, ac præ-
cipuum priscae Sapientiæ caput; eâ quidem clarita-
te, ac soliditate, ut uel ipsum Litteratorum uulgus, ex
ipsius libri tanti momenti ueritatem, magnâ facili-
tate, et cum euidencia intueri possit. Verterat
idem senex libri P. Aleri, De rerum omnium ue-
râ origine, è linguâ Sinicâ in Tartaricam, (quæ
uersio etiam typis data est) aiebatque hunc Ricci-
cio aliquantò inferiorem, quoad profundam notiti-
am Sinicæ antiquitatis; sed quo ad Styli Sinici
elegantiam, artemque scribendi, celeberrimis Sinarum
Oratoribus et Philosophis, ne exceptis quidem antiquis

facile equiparari posse. Hæc qui ab aliis re accepit, iurato testimonio testatus est, cuius hæc originale seruatur.

His decem Testimoniis alia quamplurima addere possemus, tum uirorum Primatum, et Insignium Eruditionis famam; tum etiam ordinis minoris: sed cum nimia eorum exquisitio aliquam suspicionem mouere possit, atque etiam ad Imperatoris notitiam uenire, cui displiceret nobis satis non esse sententiam suam; idcirco iudicauimus ab ulteriori diligentia abstinendum, qua exhiberi possunt, si opus est, sine numero alia Testimonia, quæ eundem Ceremoniarum Sinicarum sensum asserant, Allatis etiam addi possunt quorundam antiquorum Testimonia ex archiuo Pekinensi authentice excarata; nempe Doctoris Pauli, qui supremam Gloriam dignitatem sua Eruditione obtinuit, aliorumque Litteratorum Christianorum, qui suis quoque litteris ad magnas dignitates peruenierunt; quorum sanè prolata auctori-

taj longè ualidior debet esse, quàm 10 Christianorū
nullius planè nominis, quæ accepta contra Societ̃ nos-
træ opinionem Romæ anno 1645.º prolata sunt. Non
omittendum pariter. ex eodem Archiuio depromptum
celeberrimi uiri ye nomine, dignitate Glai authē-
ticum Testimonium, quod refert P. Iulius Alleni in
Epistolâ datâ in Ham Chiu die 3.º Februarij an-
no 1625., ubi sic ait. Naui iterfaciendo cum ye
Gloao, cum de Tege Diuinâ disseruissem, mihi ille
dixit: Nos etiam unum Deum agnoscimus Dominum
totius uniuersi, qui bonis præmia largitur, et malos
supplicij castigat, sed cum differentiâ nominis; nam
uos uocatis Tien Chu, id est Cæli Dominum; quod
uobis nocet, mouetq̃ suspicionem cuiusdam malæ Sec-
tæ, et nouæ, eo quod non sit idem nomen, quo nos no-
minamus. Quare ergo non utimini nominib; quib;
utimur, nempe Tien, et Xam Ti, ad significandum
uerum Deum, sic uitaturi suspicionem prauæ noui-
tatis, additâ, si opus est, aliquâ explicatione uestro mo

do, ut rem significatam certius exprimat. Et, rursus idem paulò post, discurremus, inquit, per comparationem corporis humani, in quo necesse est spiritum, seu animam existere, qua illud gubernet, et regat; et sine qua corpus se sustinere nequit, aut operari: Ita in hoc mundo necesse est existere Supremum Dominum, qui illum gubernet, et dirigat res singulas ad suum finem: et in hoc quidem planè nobiscum sentimus. Ita Plauy, suâ Eruditione suo tempore celeberrimus, qui quidem Legem Christianâ, cuius Prædicatore ualde aestimauit, et amauit; etiam si illam amplexus non fuerit.

Sus Gus

Carissima Diuini Cultûs ex Traditione Monumenta.

Tam præclaro ipsius Imperatoris, Imperijque Magistrorum Testimonio consonant multa, quæ etiam nunc extant, Diuina notitia impressa, nec obscura ueligia. Hoc Traditionis nomine ideo complecti

placuit, atq; hoc loco subnectere, quòd ab omni
retro memoriâ, quasi per manus propagata, ad
nostram usq; ætatem pervenire. Inter quæ pri-
mum prospectò locum obtinent, quæ Pekini uideri
est in duob; Templis tam Imperatorum, quàm toti-
us Imperij nomine magnificè constructis, altero
Tien Tan dicto, altero Ti Tan. In hæc igitur
loca vulgarib; litterarij parùm cognita, regiâ usq;
authoritate nostrorum aliqui, cum meditatio pene-
trasset, atq; in ipsa adyta à sex Mandarinis lo-
ci custodib; rerumq; omnium scientissimis, honorificè
adductis esset; omnia ita per otium lustravit, inspe-
xitq;, nihil ut prorsus, siue ad locorum uonographi-
am, siue ad Rituum cognitionem; desiderari possit.
Ex multis aliquando fortè sigillatim referendâ,
nunc pauca delibabimus, ea nempe, quæ ad argumẽ-
tum magis spectant. Eruntq; 1.º De objecto cultû.
2.º De Materiâ, et apparatu Sacrificiorû. 3.º De Sa-
crificantiâ personâ, et ratione. Initium esto a Tien

Tan omnium antiquissimo.

De Templo Tien Tan

1^o igitur, quod adorandum in Tien Tan proponitur, ab omni Idololatriæ consuetudine absterret mirum in modum. Nulla ibi Statua, nulla imago, nullum signi, figuræ, uel scæue indicium. In utroq; Boreali, et Australi Templo, nihil prorsus est, nisi nuda, simplexq; inscriptio in tabella mobili Sinicè, et Tartaricè nitidij, aureisq; litteris exarata. Sinici characteres sunt hi Foam Tien Xam Ti, quos tres uoces Tartaricè ita reddunt: Teghli ab Cai Han. Hoc est ad uerbum Altus, et Supremus Cæli Dominus.

In Frontispicio Templi Australis Sinicè sic legitur: Foam Kien yu, Tartaricè uerò sic: Ab Cai Hanni ordò: id est, Cæli Supremi Domini Templum. Deniq; in Boreali Frontispicio Sinica epigraphæ sic habet: Foam Kien Tien, seu Cæli Supremi Domini Aula, nam Tartaricè hanc

ita uertunt: Ab Qi Hami Tien.

Quo loco admonendus est lector rerum Sinicarum
minus peritus, has Tartaricas Inscriptiones, seu Versio-
nes, tam ab omni æquiuocatione, et superstitione alie-
na, fuisse à peritissimis utriusq; linguæ uiris adorna-
tas, et post diuturnam de legitimo Imperij sensu con-
sultationem, tandem demortui Imperatoris, atq; Tri-
bunalium auctoritate, Sinicy Inscriptionib; confor-
mes iudicatas, adjunctasq; Quamquam et ipsi Sini-
ci caracteres ex se habent sensum planum, et
multorum Sinarum hinc degentiu; iudicio magis
magnificum. Præterquam quod enim duo ultimi
characteres Xam Si, sua ex institutione, usiq; sig-
nificant supremum Imperatorem; character primus
& Coam, qui et ipse ex comuni acceptione eandem
Imperatoris exprimit dignitatem, habet etiam ex
sua hieroglyphicâ compositione, propriisq; elementis,
energiam significandi dominium absolutum in
omnes Reges; compositur enim ex Pe litterâ, quæ sig-

significat Sentium, seu omnes, et ex littera Vam, quæ
significat Reges. Unde factum postea, ut Sinæ
hominum Superbissimi, suum quoq; Imperatorem
Hoam, seu Regem Regum per summam adulati-
onem appellârint. Atq; hæc nostra observatio ab-
de demonstrat Sinicam Inscriptionem non esse
indignam Deo nostro, qui à Sacris Scriptoribus
appellatur, Rex Cælestis, Rex Regum, et Dominus
Dominantium.

Ceterum hæc omnes voces, Regis, Supremi Domini,
simileq;, cum sint in communi populorum sermone
positæ, et, ut de Dei voce argumentatur Tertullianus,
omniū conscientiâ agnitæ, neq; in Philosophiæ scholis,
aut Idolatriæ fanis nata; usum habere certe possunt,
excitant enim re ipsa hîc, et ubiq; gentium in au-
dientis populi animis ideam Entis uiuentis, et pro
uoluntatis imperio gubernantis; quem populorum sen-
sum, pauci illi, qui apud Sinæ, sicut etiam apud
Europæos inanibus argutijs, tortiq; contra tex-

tum perspicuum explicationib⁹ conantur obscurare,
ingeniosi quidem à suis sectariis uenduntur,
cordatis uerò hominib⁹ prorsus persuadent illos
ultrò, ne uideant emicans lumen, oculos suos ob-
uelare.

2^o. Quod spectat Sacrificiorum materiam appa-
ratumq³, paucis absoluet, qui dixerit. Hæc Regij
Templi Sacrificia, non paruum habere affinitatem
cum legis Naturalis, aut etiam Scriptæ sacrificij.
Sunt enim inordinis pura à scelerib⁹, quæ idololatriæ
admixta semper fuisse Annales nostri referunt. Nihil
hæc humani sanguinis, nihil obsecari, theatrici nihil,
omnia obseruantiam, et munditiem præferunt. Quin-
que sicut apud Hebræos uictimarum genera, et in his
præcipuæ vituli, seu Tauri, et oues. Sacrificiorum
nonnum³ genij. Expiatoria alia, et Pacifica. Alia
uelut Eucharistica pro agendis Supremo Imperato-
ri gratij. Alia Impetratoria pro obtinendis nouis
beneficiis: u^g. Tien Tan suo in ambitu habet Templu

magnificè extructum, dictumq? *Ki @ Tan* pro pe-
tendâ ammonâ ad populum sustentandum. Inter
hæc sunt, eaq? præcipua, quæ rationem habent Ho-
locauſti, in quo uictima, nimirum bos masculus,
seu Taurus iunior, pinguis, selectusq? igne absumi-
tur, idq? in altari quadrato, cauo, craticulâq? subs-
trato, cuius molem, situm, dimensiones consideranti
non occurret facile quid discriminis inter Judaicū
Holocaustorum Altare. Similitudo eadem observa-
tur in Mensæ odorum, seu Altari Thymianati for-
mâ; in sacrificij instrumentis; in modo mactandi
uictimas, nunc membratim cædendi, aut intestina
de trahendi, superq? lignori struem componendi; nunc
uictimarum carnes coquendi, atq? ex illis, alijsq? edi-
lijs coram supra memoratâ Tabellâ, seu Diuino no-
mine, quasi conuiuium apparandi. Quod etiam
de antiquis sacrificijs obseruant passim Interpretes.
inter quos Pirinus noster notat: in iij Deo quasi
conuiuium apparabatur, quod uice Dei ignis

tanquam ab eo missus deuorabat. Qui uero de-
lectus in uictimis, ministrisq; loci custodib; quæ le-
ges? longum esset prosequi. Rejiciuntur pecudæ mu-
tilæ, læsæ, uno uerbo, laborantes infirmitate, aut ui-
tio ex iij, quæ 22^o Levitici describuntur. Quæ uero
admittuntur in Templi pascua, maiori curâ abuntur,
lauantur, saginantur. Multo plus est cautionis in
ministris cooptandis. Sunt illi ex ipso, nec quali-
cumq; Mandarinorum numero, famæ illæsæ, atq; in-
tegræ. Doctrinæ non uulgaris. Nec solum à Sacris
arcentur in iudicio damnati, criminis rei, suppli-
cio, pœnâ uè publicâ affecti; sed etiam alicui uitio,
defectuiq; naturali obnoxij.

Jam uero sub ipsorum quatuor anni temporibus, quibus
fiunt sacrificia, indicitur Triduam, et uniuersale
Jejunium, abstinentia scilicet ab usu carnis, uini, im-
mò et à ludis, comædijs, uxorib; negotijsq; forensib;
Vnde Mandarini extra proprias aedem in publicis
Tribunalib; tenentur pernoctare. Ipse etiam Inpe-

rator è palatio secedere in Præcipium, seu Aulam
Jeiunij, ac Penitentia intra Templi septa hunc
ad finem edificatam, ubi solitarij sibi uni iacet,
sej. perficiat accurato uti loquuntur sui examine, ju-
ratog. emendationij proposito. Ad idem porro Mandar-
rinij omnis? suadendum, facit illa celebrij Tabella, quæ
toto hoc triduo Pescini in Tribunalibus perstat propo-
sita cum hac epigraphæ: Regnum habet legem. Spiritu
videt, quoniam eam observant, quoniam eam violant
Nempè existimantur ceteros Sine hac Spiritu ubi-
ellitog. uidentij, ac omnia scientij cogitatione, posse ho-
minij facile deterreri à violatione legis ad sacrifici-
um necessaria.

Vnde autem hæc tanta cum uerâ lege in sacrificij,
Ritibog. similitudo profuixerit, quorsum instituta ad
sacrificium Supremo Imperatori offerendum hæc tam-
parum uulgarij animi, corporisq. præparatio? defini-
endum alijs relinquimus. Existimabunt tamen, cre-
dimus, uiri in re Antiquariâ uersati, hæc omnia col-

lectim sumpta, et à remotissima antiquitate in usum
inducta, indicare prima Sinicæ Monarchiæ tempora
fuisse Siliicæ notitiæ plena: itemq̃ fontem demonstra-
re purum; qui licet per tot sæcula alij, alijq̃ super-
stitionibꝫ interdum fuerit infectus; corrupti tamen
sic non potuerit, ut à subsequente sanioris mentis
successore, suo splendore: utcumq̃ non fuerit restitutus.
Nobis satij interea sit, rem, uti est, narrare, et nouo ar-
gumento, uti apellant, ad hominem demonstrare non
possunt atheij hanc suam de Cælo Materiali, sensuq̃
expertè ineptam ideam, cum tam sollicitâ antiqui-
tatis Sinicæ, quam uenerantur, institutione, cohere-
re omnino non posse.

3.º Quò meliùs intelligantur, quæ de tertio proposi-
to capite summy dicturi, aduertendum est, Boreale,
et Australe Templum, quod supra inâcimus in
loco Tien Tan dicti ambitu comprehendimus, duobꝫ utri-
que constare ædificiij, quorum alterum interiùs
recondendæ per annum supra memoratæ Tabellæ

destinatum est. Alterum exterius est in Ecclesia ac Regia Ceremoniarum Aula, in quam solenni die deferitur Tabella, exponiturq; Hæc porro utraq; Aula nihil est aliud, quam podium magnificum, seu moles prægrandis, alta, solida, orbiculari, tribus similis constructionis ordinibus gradatim asurgentibus pulchre distincta, quò à quatuor regionibus triplici novem graduum serie ascenditur. Id tamen est inter utramq; discrimini, quod Borealis sit marmore albo exterius circumvestita, habeatq; in medio culmine templum rotundum, tecto triplici, flavoq; visendum, sub quo eminet thronus sacre majestati dicatus à Regio throno nihil admodum diversus. Australis vero Aula lateribus caelestibus coloribus circumfulgeat, præq; tecto Cælum ipsum habeat; tecti tamen loco die solenni erigitur tentorium futurum Tabellæ Sacre Tabernaculum.

Quæ vero coram hac Tabellâ, seu supremi Imperatoris nomine, obsequia impendit Imperator, cui solid

licere omnes relationes docent | conveniunt pi-
nè cum solemnibus illis obsequiis ab universa Man-
darinorum turba Regiâ in Aula quolibet anno ip-
si deferri solitis. Nam observabant ipsi Man-
darini custodes, atque ministri quemadmodum Im-
perator, qui per annum domestico palatio quasi clau-
ditur, aperiens se anno, magnificam Imperij Au-
lam subit, thronoque sublimis habet coram se om-
nes Aulae magnates, et Trinales Mandarinos suas
per classes distributos, ac pretiosis uestibus indutos, da-
to signo, inter Musicorum omne genus, per certa inter-
ualla sese prosternentes, et usque ad solum novies caput
reuerenter inclinantes; eadem prorsus ratione Tabel-
la supremi Imperatoris nomen preferens, effertur ex
interiori Templo, quasi è domestico Sanctuario, in ip-
sam exteriorem Aulam, locumque publicum inter pra-
esentium, et tripudiantium choros, quibus olim ipsi met
Imperatores immiscere se non sunt dedignati

Vbi vero throno parato imposita est: tum Impera-

rator, positus uestib^o. induitq^{ue} uiolacei, et hyacintini
coloris, prima Aulae septa ingressus cum ministris,
Principib^{us}, atq^{ue} Magnatib^{us}, cetero interim magnifico
Mandarinarum comitatu subsistere exterius iusso, su-
oq^{ue} per ordines pulchre disposito, solus podij gradus
ascendit, et quidem laterali uia, non media; quod
ipsum a subditis erga Imperatorem in palatio obser-
uatur. Ubi uero attigit secundi ordinis gradus supre-
mos, non auius ultra ascendere, tum dato signo, per-
strepenti omni musicoru^m multitudine, Imperator in
genua procumbens, capiteq^{ue} in solum usq^{ue} nouies, ac
per stata interualla demisso una cum numero illo,
superb^oq^{ue} comitantium exercitu reuerenter adorat
sacram Supremi, suiq^{ue} Imperatoris Majestatem. Quod
tanto ille sibi honori ducit, ut libentissimè audiat à
suis compellari se nomine Pi^{er}ri, quo significatur
ipsum, licet totius | ut aiunt | orbis capitib^{us} impositum,
esse tamen sub gradu, nempe solij Xam Pi^{er} iⁿ ibiq^{ue} posse
adorare scabellum pedum ejus.

Adorationem excipit oblatio magnifici sacrificij, tam Imperatoris, quàm Imperij nomine parati, pracone regio legente interea uoce alta, ac distincta nomine Imperatoris oblationis formulam, musicis omni instrumentorum genere praecinens proprias, cuiusq; actionis antiphonas. Hæ uerò magnificij planè uerbis Diuinae naturæ Potestatem, Majestatem, Scientiam, Prouidentiam, aliâq; attributa, et beneficia representant; quas singulas hîc exponere, ut est ab instituta breuitate alienum; ita omnes prætermittere, plenum inuidiæ. In formula igitur oblationis Regia, cuius exemplar habemus linguâ Tartaricâ, suo more palatij hodierno; Imperator, non iam se Imperatorem, sed proprio, priuatôq; nomine appellat: quod apud Sinas maximum demissionis, ac dignitatis longè inferioris indicium est. Tum se seruum, ac subditum expresse dicit, seq; hæc offerre Terghi Abcai Hancde Supremo Cæli Imperatori. Ceterum præterimus, quia Tartarica, adeoq; Missiona-

vij minij nota, quib; utpotè lingue Sinicæ scienti-
b; gratiora erunt Sinica. Adducemus ergo ex
ipso Rituali Tay Mim inuocationes aliquas, siue
Antiphonas adhibitas ab Imperatore Kia Cim
Familie precedentij Tay Mim duodecimo, cum
inductam à multij retro annij Templi Inscripti-
onem inuaret. Habebat illa: Lucidi Celi Su-
premo Domino, et substituebat: Cælesti Regi Re-
gum, Supremo Domino.

In hac igitur solemnè oblatione Tituli Hoam, de
quo supra; primò Rex se quasi indignum iudicans, qui
audiatur; omnes omnino spiritus inuitat, ut inquit in
inuocatione | ne grauemini adhibere in meum fauorè
totam uestram spiritualem, intellectualemq; uirtutem
apud Supremum Dominum ipsi exponendò dimissi
animi mei sensu, ipsumq; rogando, ut dignetur
benignè respicere hanc oblationem, et Titulum, quem
pronij, summâq; ueneratione ipsi offero.

Ipsa uerò die Dedicationij Supremo Imperatori no-

uam hanc solemnitatem quasi presenti numine approbanti, concinere Musici ceperunt sequentem Antiphonam, quae latinè reddita, quamquam Sinearum Hieroglyphicorum breuitatem assequi nequeat omnimodà, sat tamen magnificè Diuinam Aeternitatem adstruit, entij nempe supremi ante colles, et cardines orbis terrarum existentij. In confuso mundi primordio non erat nisi informis moles: quinque, siue planetae, siue elementa nondum ceperant circumagi: nondum duo luminaria illuxerant: in medio solij stans existerat: qui cum non habeat uocem, neq; formam; re uera tamen habet uocem, re uera habet formam, utpote spirituum omnium supremus Dominus, ex se ueluti prodiens, ac rudem mundi molem componens. Hic in principio diuisit crassum à subtili. Condidit caelum, condidit terram, condidit hominem, ex quibus subinde propagatae sunt rerum omnium species.

In sequenti ait: Si id est Dominus produxit in, et iam, prima rerum materialium principia, habens

ipse Creationis æq. ac Productionis potestatem absolu-
tam. Spiritus ille produxit septem planetas cum
virtute illuminandi, et influendi in inferiora: or-
be caelesti omnia contexit: terræ immobilitate om-
nia firmavit, ut quæcumq. constantem obtineant Sta-
tum. Pro summo hoc beneficio, ego subditus, præmissa
adorationis reuerentia, audeo offerre supremo Impe-
ratori augustum hunc titulum Hoam, Rex Regū.

Oblationi uerò sericorum, et uasorum ex lapide
pretioso yu, adjuncta est sequens antiphona. Si,
inquit, o Domine, iam dignare parentis affectu au-
dire hæc filij tui uota. Cum aliter non possim debito
filij officio erga optimum parentem fungi, ausus sum
tibi offerre hunc titulum; et quia ad hanc meam ob-
lationem piè respicere dignatus es, in gratiarum acti-
onem pro singulari hoc fauore, audeo nunc tibi offer-
re pauca hæc uasa cum paucis hijsce pannis sericis.

In quarta antiphona ait; se Supremo Domino, qui dig-
natus est inspicere humillima arum sui uota, offerre

hunc primum uini calicem in signum laudis, et
exultationis pro celebranda perpetua, atq; illimitata
Supremi Imperatoris duratione, quae nullam habet,
nec habebit unquam parem. In quinta uero con-
queritur de hominib; beneficiis Supremi Imperatoris
ueluti conclusis. Etsi, addit, tot, ac tanta extent ubique
Supremi Imperatoris affectus, atq; amoris argumenta ex
ga omne uiuentium genus; qui tamen corde recogitat
originem unde haec omnia sunt profecta; quae alia non
est, quam solus supremus Imperator populorum omnium,
ac rerum conditor, et creator uerissimus. Ceteris actio-
nib; atq; Antiphonis, breuitatis causa, omisij, hanc ad
tituli oblationem pertinentem pro coronide apponamus.
Supremus Dominus iussit, et factae sunt tres mundi
partes praecipuae, Caelum, Terra, et Homo. In medio
conclijit populos, ac uniuersas rerum species. Ego subdi-
ty supplico, ut quorum nomina hic adstant, Proge-
nitori Imperatori Defunctori, ii obtineant aeternum
sui beata tua praesentia in Regia, ac Coelesti aula.

Quid multa in hijs, alijsq; ulterò prætermisij,
 Supremum Dominum appellant Conditorum, Conserva-
 torem, Eternum, Omnipotentem, hominij sensu
 Inspicientem, bonos Remunerantem, malos Punien-
 tem, et, ut phrasi sinica utar. sancte intelligentè.
 Certè in hijs omnib; quisq; nullum Dei vestigium ag-
 noscit; necesse est illum, aut esse voluntate atheum: aut
 iudicio. atheorum nimium tribuere. Etenim non
 raro accidit litterarum etiam Sinij non paucis,
 qui in atheorum commentarios primum incidentes,
 non ita alios versant libros, ut diacitate hominum
 sensim capti, hos tum maxime admirentur, cum
 maxime deberent fastidire: quando videlicet, vel
 res clarissimas, v.g. Energumenorum effectus, vel rex-
 uy antiquorum apertissimos, majorumq; instituta,
 nulij antipathicæ, et sympathicæ nominib; involuunt.

De Si Tan

1.º in Si Tan etiam nulla est imago, nullum ido-
 li vel Tauri indicium. Objectum cultus idem esse atq;

in Tien Tan, præter Imperatorem sacrorum istorum
Summum Pontificem, primosq; Imperij Magistros sic-
pra relatos, testati sunt utriusq; Templi custodes Manda-
rini, rerum id genus maxime scientes. Quod etiam
demonstrat Tabella solemnæ adorationis die proponi
solita. Nihil ea est inscriptio Sinica: Hoam Si Ki,
quam adiacens uersio Tartarica sic reddit: Nai Han,
id est, Supremæ Terræ Dominus. In frontispicio uerò
sinicè ita legitur, Hoam Ki Xe, Tartaricè Nai Han
ni Pao, id est, Terræ supremæ Domini Domus. Quæ
duæ inscriptiones planè conueniunt cum memoratis
Tien Tan inscriptionibus. Ab cai Han, Ab cai Hanni
Pien: quin et congruunt non solum sensu, sed et uerbis
cum libro Si Ki canonico, supremum Dominum Xam
Si ipso Ki titulo appellante; ita, ut ex his inscriptionibus
cultui publico propositi liquidò apparat, supremum Do-
minum ab Imperatoribus Sinis fuisse agnitum; atque
etiam hac ætate agnosci, eumq; quod characteres si-
nici etiam satè demonstrant! (Solo, Terræq; potestate

suprema imperantem Quo etiam nomine Imperator ipse in formula Sarranica | neque enim alia nomine Imperatorij inter sacrificandum legitur | semper utitur, dum sacrificat in utroq; Templo: nempe in Ti Fan, non secus atq; in Tien Fan, ait, se id toti offerre Itan de Supremo Domino, seq; expressis uerbis appellat supremi Domini subditum. Totidem præterea uocib; eâdemq; animi, et corporis demissione, ac reuerentiâ, caeli, terræq; supremum Dominum alloquitur.

^{accatis}
Scimus quidem fuisse intermedia Imperatores ita obsecatos impietate, ut Supremo Cæli Domino addiderint quoddam aliud Numen, aut Terræ Genium, aut melius Heu Tu, quamdam, ut illi uolebant, Terræ Imperatricem; inter quos famosus est Hoei Qum familiae sum octauus. At scimus acriter reprehendi in Annalib; Sinarum his uerbis: Nominis Ti, in inscriptione exam Ti, intelligitur Cæli Dominus, ac gubernator: eiq; excellentia non habet parem. Sur ergo Hoei

Quam addidit illi parem cum nouo titulo? Qui peccauit in Cælum, non habet alium quem inuocet.

Quibus alijs? suum hunc Imperatorem censes aperte damnant, quod maiorem quam decessores immitatem affectans, diuisio antiquæ adorationis objecto, nouum Supremæ Imperatricis numen inuenerit, cuius nempe patrocinio declinare attentet uindictam irati Cæli; cum tamen, uti aiunt, vox Sinica Ti, id ex se habeat, ut significet Cæli Dominum, ac Rectorem, paremque prorsus excludat.

2^o. ex eisdem testimonijs habetur sacrificij solemnij Solstitio æstiuo ab Imperatore offerri soliti, materiam esse eandem, finem, pompam, reuerentiam, atque adorationis demonstrationem. Eadem certe in hac urbe indicitur primati abstinencia, eadem separatio habitandi, sibi uacandi, in sua facta, dictante inspiciendi, et emendationem pollicendi lex Imperatori obseruanda est. Duplex tamen discrimen annotetur. 1111 quod in Tien Tan podium superius descriptum

sit rotundum, quadratum uerò in Ti Tan. Quod in Tien Tan Imperator sacrificet Supremo Domino eo sacrificij genere, quod Sinae uocant Fan chai, et Teao, quo oblata igne absumentur. Quam sacrificij conditionem aptam in primis putat ad exprimendam absolutam supremi Domini, omnia pro libitu producentis, ac destruentis potestatem; et hoc sacrificium appellatur Kiao Contra in Ti Tan uictimae, atq; omnia oblata terrae reuerenter mandantur, atq; humantur; quem ritum respondere existimant supremi Domini omnia fouentis, atq; seruantis potentiae, uirtutisq; rerum omnium matris instar altrici. Unde supremum Caeli, Terraeq; Dominum uocant etiam Ta Fu Mu, magnum Patrem, atq; Matrem, eodem prorsus nomine, quo omnes Sinae Christiani Deum optimum passim appellant Ta Fu Mu. Porro hoc sacrificij genus dicunt Xe; quapropter nulli profecto utriusq; Templi aulae ingresso mirum uideri poterit, quod Imperator, Imperijq; magistri expressis uerbis

doceant, non solum et ab antiquis, et à se coli su-
premo Caeli Dominum, ac Rectorem, et non caelum
Materiale, ac proinde rationis experti; sed etiam utriusque
sacrificium à se fieri solitum, ad eundem supre-
mum Dominum referri: et quod ad suam mentem
deklarandam, tacito (cum fucij nomine) eiusdem ra-
men propriis uerbis utantur, desumptis scilicet ex
libro Philosophi canonico Chum yum dicto, ita affir-
mante: Kia o Se, est ritus ille, quo seruitur Supre-
mo Domino.

Quo loco obiter notanda est cum multis Doctoribus
Sinis famosa insignis Artheo-politicorum principum au-
dacia, textum hunc clarissimum, adeoque Sinis perin-
commodum, addito Hou Tu nomine, obtenebrant; ut
uel ex hoc conjiciant uini cordati, quae fides ha-
benda sit noui id genus Commentatoribus? an in eo-
rum uerba jurandum? in hoc certe Studiorum ge-
nere, haec ubique terrarum recepta lex est, ut ea ex-
plodatur interpretandi ratio, tum quae contra pla-

nam, obuiañq? sententiam textum notij corrumpit,
atq? uolenter, et insulsè trahit: tum quæ dissipata,
et inter se non constantia, nec obscure, nec raro loqui-
tur; quo utroq? oïlio non parùm laborare nouum
hoc Commentariorum genij apud plerosq? Imperij
magistros, ac Regiæ Academiae Doctores, certissimū
est. Unde exiit hoc litteratorum familiare res-
ponsum, seu adagium: Crede textui, non cæde
Commentario.

3.º. quæ superius dicta fuerunt de Imperatorij sacri-
ficanti personæ, ritūq? huc quoq? referenda sunt; quæ
admodum enim soli Imperatori licet Supremum
Dominum Solemni Sacrificio Kiao dicta in Templo
Tien Tan uenerari; ita etiam scilicet hoc secundū
Sacrificij genij Xe, in Templo Ti Tan communi
Imperij uniuersi, seu, uti Sincæ loquuntur, totius terra-
rum orbis nomine offerre. Ab ipso enim Imperatore
acceperunt olim cum Regij Insignib? Clientelares Regij,
et accipiunt etiam nuncurbium gubernatores juy of

ferendi, seu erigendi Xe, hoc tamen seruatò dixerim-
ne, ut pro cuiusq; gradu, ac dignitate ritu ^{Solemn} minus, et
suorum tantum subditorum nomine sacrificent,
ut ne quidem aliorum locorum custodes Spiritus au-
deant inuocare. Unde hoc Imperatorij Sacrificium
mutuato à libro Canonico. Li Ki nomine, apellant,
Ta Xe, Magnum, seu vniuersale Sacrificium.

Arg? de hij sacrificij satij: quæ licet non uno exc-
capite, ac imprimij post Sacrificium Christianum pro-
sui illicita, idcirco paulò fusiùs enarrauimus, quòd ad
pleniorè verè notitiàm faciant, multiplexq; uti supra
indicauimus, subministrant contra Atheo-Politicos Si-
nas argumentum. Nobis interea satij sit ex sacri-
ficantium, ac ministrorum testimoniis, ex omnib; utri-
usq; Templi inscriptionib; additijsq; publica auctori-
tate uersionib; ex adhibitis præparationib; ex for-
mulis, ritib; non paucis demonstrasse, tam à ue-
teribus, quàm à nouis Sinici Imperij Principib; Re-
gia cuiuslibet anni Sacrificia, non ad cælum quòd

dam materiale, et rationis expertis; sed ad supremum Cæli, Terrarūq; Dominum unicūq; referri. Nempe ut disertè ait liber Canonicy li Ki: Cælum non habet duos Soles, nec una regio duos Reges; nec hæc sacrificia sunt ad honorandos duos Supremos.

Nihil hîc addemus de alijs Templij Ge Fan, et yue Fan extra urbem olim erectis, utpote quæ non sint dicata Supremo Domino; sed ut constet ex inscriptionib; ipsius Maioris, et Minoris Luminarij Spiritib; Angelij: et quorum Ritus sit planè diversus, longèq; inferior, quod habetur ex mandarini presidij Testimonio.

Alia ex populi Traditione Diuinæ notitiæ monumenta.

Ad Regiam, publicamq; Traditionem accedunt popularij, priuatiq; cultus monumenta; neq; enim Supremi Domini cultus Regiæ familiæ Sincensij ita proprius fuit, ut in rude vulgus nulla veri Dei notitia emanauit.

rit. Quo in genere duo inprimis notanda ueniunt:
alterum ex priuatis ædib? desumptum: alterum
in communi omnium sermone positum. Hæc duo
sigillatim paucis prosequemur.

Visitur in plurimis plebeis ædib? imò et litterato-
rum non paucis Tabella seu lignea, seu ex flaua
charta confecta uenerationi totius domus proposita,
constans his decem characterib? Tien, Ti, San
Kiai, xe fam, Van Tim Chin Cay. Id est: Cæli,

Terræ; Trium regionum, Decem plagarum, omni-
um entium intellectualium Verus Dominus.

Siue autem Trium regionum nomine intelligas
supremam, median, et infimam regionem; et
decem plagas referas ad antiquissimum nature
systema, seu figuram Ho Tu Sinicè dictam, si-
uè de quacumq? alia rerum, et uniuersitatis diui-
sione interpreteris, id tamen semper relinquitur
hac Inscriptione Verum rerum omnium Dominus,
ac Rectorem exprimi, idq? uerbis adeo claris,

ac efficacib⁹, ut nullij interpretationum inuoluerij
possit à quouam obscurari. In hac autem colen-
da Tabella triplex est distinguendum hominum
genus. Sunt nec ita multi, qui nullum idolum, nul-
lamq³ statuam apud se habent: nulli sunt addicti
sectæ: nullum numen colunt; hanc solam Tabellam,
seu potius supremi Domini nomen decenti in loco
collocatum suffitu, corporijq³ prostratione certij tem-
porib⁹ uenerantur; Sunt, et quidem si ex Prouincia
hac, urbēq³ res æstimanda est, incredibili numero
plebei ex quoumq³ secta, et professione, qui hanc etiã
Tabellam; nullius nimirum sectæ propriam, non solum
domi seruant, sed etiam odorib⁹, alijsq³ id genus reb⁹.
quamquam alij alio tempore colere in more habent.
In hoc conueniunt omnes, ut primas Tabellæ deferant,
et idolo anteponant, colantq³ in loco ab idolij diuerso,
nempe extra suas aedēs, quasi impares excipiendo su-
premae maiestatis nomini, ideo affigunt ad postes ostij
sui, aut supra januam, ut hunc Dominum super om-

nia sibi colendum continuò recordentur. Sunt de-
niq; quamquam pauciores, qui præclaræ huic Tabellæ
uarias propriorum idolorum figuras ad frontem, et
latera appingunt, hæc q; tam eximiam ueri Dei Ins-
criptionem ad impia figmenta communi omnium
idololatriarum facinore traducunt. Hinc hæc Tabel-
la ijdem quidem picta characterib; at non ijdem
circum ornamentis initio cuiusq; anni, passim toto Im-
perio uenalis est, quo facilius omnes possint sibi nouam
comparare, eamq; primâ anni recurrentis die uno animo
atq; consensu uenerari. Huius porro diei cultus, quasi Ta-
bellæ huius sollemnis est; nam præter odores, cæterosq; alio
tempore adhiberi solitos uenerationis ritus, supremo om-
nium Domino cruda oriza, fructus, cæteraq; id genus
ad uictum necessaria, seu pro agendis de uictu quodidia-
no gratias, seu pro illo postulando, ab omnib; offeruntur.
Hac certè prima die debere Imperatorem annonam
petere à supremo Domino expressis uerbis præcipit liber
Rituum Anonius, cuius textus nec paucos, nec obsecras

ad memoratam Inscriptionem facientej ultrò omittimus, ne de ipsius origine, et propagatione dissertationem scribere uideamur. Hoc unum omnino certum, atq; compertum est, et hanc Tabellam ingerere perspicuam supremi omnium Domini, ueriq; Dei cognitionem, et huius prince inuolutionis in sinicij Annalib; alijsq; monumentis cuiusuis sectæ tam domesticæ, quam peregrinæ prima incrementa ortumq; referentibus, æram non esse conuignatam: quo certius constet Diuinæ notitiæ lucem ab omni retro memoriâ popululum Sinesem illustrasse, et etiam nunc apud non paucas familias illibatam, ac sine ulla idololatria reperiri.

Alterâ res in comuni omnium sermone posita, et sinicij Diuinæ notitiæ monumentis annumeranda, pro uerbis, uulgaribusq; loquendi formulis continetur. Hæ uerò formulæ duplicis sunt generis; aliæ plebeiiorum hominum, aliæ litteratorum magis propriæ. Hascumilib; hoc loco conferemus, ut clarius appareat in uerbis qui

dem non nihil esse discrimini, in reb. uerò, sensuq. nihil
interesse; quæ nimirum plebs gens sincera, et simplex
uerby multy, obuij q. exprimit, eadem uiri litterati laeo=
nica, et figurata dictione. Atq. hujce metaphoriæ dum uti=
tur sine littery exculti, et deum, Imperatorem, Tribuna=
lium Præsides, aliq. id geny bene multos à locy, qui=
by præsent, aut inuunt, præ reuerentia, denominant,
non continuo existimandum est hæ figuratas uoces à
plebey non intelligi, ita ut si cui dicatur Reg. timenda,
aut honorandam rectam aulam, is aulam Tribunaliy
materiale, non uerò primum Præsides cogitet. Quod
magis etiam uerum est de Imperatore suprema Pala=
tij aulâ designato; multoq. uerius est de supremo Cæli
Domino: quod nempe ista Palatij Aulæ, et Cæli metapho=
ræ sint usu frequentiori mollitæ, et quasi domesticæ,
uti mox ex infra dicendy certò constabit.

Populus itaq. utitur plerumq. hac formula Sinica: Tao
Tien ye, id est Antiquus seu cælestis Pater, seu Cæli Domi=
nus. Nam quos nos Europæi honoris causa dominos uo=
-

canuy, sine ye, et Laoye apellant, et populus Pexinen-
si cuius uerba damuy in his prowerbiis, hoc lao, cu uoca-
bulo Patrem uulgo intelligit. Quod uero adhibendum poti-
us sit adiectiuum nomen caelesty, aut genitiuum casus cae-
li, demonstrant uersiones Tartaricae inscriptionum uoci-
bus item Sinicy indeclinabilibus constantium, quae à peri-
tissimis utriusque linguae Doctoribus factae supra retulimus,
et in quibus legere est Supremum caeli Dominum, non uero
caelum Supremum Dominum; quamquam ylonum prower-
biorum uis, non tam sita est in his uocibus, et grammaticis
lib. notis, quam in sensu earum rerum, et laudum, quae
antiquo Patri clarè attribuunt. Arg. de hoc iudicium
possunt ferre ipsi Europaei Sinice etiam nescientes, an ni-
mirum haec tam praecleara, et quotidiana elogia cadere
possint in materiale quid, ac rationis expertis; an uero De-
um Optim. Max. indicent.

Litterati utuntur etiam plerumque hac uoce Fien ca-
elum, quod aliquando aliter explicant, uocantque Xin Fien
spirituale seu intellectuale caelum. Cum Fien Perpicuum

seu peropicas Colum; Caove, rerum creator; Caove
Chu, creator, et Dominus; Chu, Caoy, Dominus, Guberna-
tor &c. quarum omnium uocum sensus liquido cons-
tabit ex dotibus | uti iam monuimus | Cælo attributis.

Hæc uero ab ultima antiquitate derivata esse, ut lec-
torum consideranti statim appareret; cuiuslibet plebejo-
rum, et litteratorum adagio breuem aliquem textum ex
libris Canonici adiunximus, longioribus textibus, multisq[ue]
ultrò, ac scienter prætermisissis, quod illi nihil ad o[mn]iscu-
li huius argumentum faciant, nec sint clariores Regia de-
claratione formaliter asserente: Non coli solum uisi-
bile, et materiale, sed speciatim Celi, Terræ, ac rerum
omnium auctorem, ac Dominum: quibus profecto uerbis
nihil potuit dici efficacius ad uerum Deum designan-
dum; cum toti Imperio, ac Imperatori imprimis notissimum
sit, Deum optimum Max. à nobis declarationem exposcen-
tis? ita appellari. In his textibus et similibus inuenies istam
formulam Sinicam Ti Dominus, Supremus Dominus. Hocam
Supremus Dominus, aut Regum Rex. Hao Tien, Maximus

caelum. Xam Tien, supremum caelum. Min Tien, caelum
Misericordiae. Cao Cao, Altissimus. Tam Tam, Immensus.
Hao Hao, Maximus. Mim, Mim Intelligentissimus.
Yeu Yeu Aeternus. Cam Cam Antiquissimus.
Hoam Hoam maximè Supremus. He He majestate
Augustissimus. Hoc. Aliquem ergo Proverbio-
rum numerum, omnes alij quam plurimi, ne longi-
ore sinu, hic accipe, quibus asperitur.

1^o. Sursum existere Dominum.

Phbs. Teu xam yeu ye'o lao Tien ye.

versio. Supra nostrum caput est unus antiquus Pater caelestis.

litterati. Teu xam yeu cim Tien:

vers. Supra nostrum caput est perspicax caelum.

Lib. (anon.) Cao Cao cay xam. versio. Altissimus existens
scilicet sursum.

2^o. Omnia à caelo producta

Phbs. Nay xien ue pu xilao Tien ye sem, xigin yun?

vers. Quæ res non fuit ab antiquo Patre caelesti producta,
traditæ homini ad sustentationem?

Litterati. Tien sem van ue, y yam gin.

Vers. Cælum produxit omnia ad alendo homi-
nes.

lib. canonic. Van ue puen yu Tien.

Si sci dict. Omnes res ortum habent à cælo.

3.^o Cælum produxisse hominem.

Plebs. Nay co gin pu xi lao tien ye sem tie?

V. Qui hominū non est productus ab antiquo
Patre Cælesti?

Litter. Gin xiai xi Tien so sem.

V. Omnes homines sunt à cælo producti.

lib. canonic. Tien sem chim min.

xi Kim. Cælum produxit omnes populos.

4.^o Imperatorem à cælo habere auctoritatem.

Plebs. Sie Tien laoye sem che co hao uan suet ngo
ngo men tien hia tie pe sim.

V. Grate Patri Cælesti, qui nobis dedit hunc opti-
mum, et populi amantissimum Imperatorem.

Litter. Tien cu sum Tien min, Dim che Tien Hic.

Vers. Cæli filii, Imperator, potestate à Cælo tradita
gubernat Imperium pacificè.

Sib. (ant.) Tien Kiam Hia nem, co Shi Kium, co chi su, wei
xu Kiam. yue, sci cu xam Ti, chum chi sujam.

Vers. Cælum demisit, qui regeret, et aboceret popu-
lum, et uelut a diuaret ipsum Supremum
Dominum adbeandas quatuor orbis plagas.

5°. ∞ Cælum colendum esse.

Plebs. Nay co can pu Kiam Lao Tien ye?

v. Qui audez non colere Cælestem Patrem?

Litt. Xue can xue pu Kiam Tien?

v. Qui audeat dicere, non colo Cælum?

Sib. (ant.) Kiam su xam Ti. Versio. Colendus supremus
xue can) Dominus, ipsiq. seruiendum.

6°. ∞ Cælum precipere mutuam obseruantiam,

Plebs. Kie gin, cien xi kie lao Tien ye yeyam.

Vers. Qui pernit hominem, idem est, ac si pernit Cæ-
lestem Patrem.

Litt. Kie gin, ciēxi Kie Tien.

Vers. Qui spernit hominem, Cælum spernit.

Lib. can. } Mo xui xie, xie Dien hu. Versio. Si quem
Suxau) sperno, Cælum sperno.

7^o ∞ Cælum esse ubique.

Plebs. Lao Dien ye na ti pu cay?

Vers. Ubinam Cælestis Pater non adest?

Tit. Teu xam yeu cim Dien, v nuci yeu cim Dien.

Vers. Supra caput foris est perspicax Cælum: in cubi-
culo intus est quoque perspicax Cælum.

Lib. can. } Hao Dien yue min, xie li cho van; Hao Dien
xi kam) yue tan, ni li yeu yen.

Vers. Maximum Cælum dicitur intelligens, quo-
cumq; prodeat, statim assequitur. Maximum
Cælum dicitur collustrans, quocumq; mente
ferarij, statim attingit.

8^o ∞ Cælum nihil ignorare.

Plebs. Gin ngan tili cotie hoar su, lao tien ye tu
chi tao

Vers. Quidquid quis clampravi agit, Cælestis

Pater id totum nouit.

Tit.

Kiu nien, Tien chi.

Vers.

Oritur in corde cogitatio, hanc ipsam
Cælum scit.

Sib. (ant.)
Xu scim)

Uei Tien cum mim. Versio. Solum
Cælum est perfectè intelligens.

9. ∞

Cælum nosse cor hominis

Plébs.

Gin sin hao, pu hao, gin pu chi tao; cu yeu
lao Tien ye chi tao.

Vers.

Nemo nouit cor hominis, rectumne sit, an pra-
uum. Solum Pater Cælestis id totum nouit.

Tit.

Gin sin hao, pu hao, cu yeu xam Tien chi tao.

Vers.

Solum, quod sursum est, Cælum nouit cor ho-
minis, rectumne sit, an prauum.

Sib. (ant.)
Xu Kim.)

Uei Kien cai xam Tien chi sin. Versio. Solum
supremus Dominus suo in corde nouit, qui amā-
di, qui reijiciendi. seu qui boni, qui mali.

10. ∞

Cælum remunerari, et punire.

Plébs.

Lao Tien ye xam Ta, Lao Tien ye fa Ta.

vers. Cœlestij Pater Iunc præmiat, illu castigat.
Lit. Xen gin, Tien cu gen xam: ngo gin Tien cu
gen fa.

vers. Cælum haud dubie remunerat probu, improbu
haud dubie mulctat.

Lit. (an?) Tien tao fo xen. ho yn. versio. Cæli lex
Xu Kim) est fortunare bonos, malos afflictare.

11° ∞ Cælum perspicue res intueri.

Plebs. Lao Tien ye can tie chin chin tie.

vers. Cœlestij Pater uidet uerè res, ut sunt.

Lit. Xam Tien, tu can tie chin.

vers. Quod sursum est cælum, res uerè uidet.

Lit. (an?) Hoam y Xam si lin hia yeu he, sien
Xi Kim) quen su fam. versio. Supremus Dominus
denittit se cum summa claritate inspecturus
quatuor orbis plagas.

12° ∞ Cælum respicere homines.

Plebs. Yeu Tien lao ye can ho ni.

vers. Antiquus Pater Cœlestij huc respicit.

Sitt. yeu Xam Fien can cho.

Vers. Sursum est caelum aspiciens.

Lit. (ar?) Vei Fien Kien hia min. *Versio.* Solum caelum
Xu Kim. intuetur subjectos populos.

13.° ∞ caelum audire.

Plebs. yeu lao Fien ye tim cho ni.

Vers. Est antiquus Pater caelestis, qui audit.

Sitt. Gin Kien su yu, Fien uen ju lui.

Vers. Quod secreto susurrae uerbum, sonat apud au-
diens caelum, non secus, ac tonitrus.

Liber } Xim uen yu Fien, xam Fi Kiu hin. *Versio.* Sonus
Kiayu. } bononi operum ad caelum usq. perlatu, supremi
Domini cor gaudio afficit.

14.° ∞. caelum non posse decipi.

Plebs. Hum te gin, hum pu te lao Fien ye.

Vers. Homo decipi potest, decipi non potest Pater

Sitt. Kie te gin, kie pu te Fien.

Vers. Homo falli potest, non uero caelum.

Lit. (ar?) Mim mim cay hia, he he cay xam. *Vers.* Per.

xi Kim) fectâ intelligentiâ complectens quæ sunt in
fra; augyâ gloriâ collustrans quæ sunt supra

15.° ∞ Cælum odisse malos.

Plebs. Tao Tien ye pu jum cim.

Vers. Cælestij Pater non fert corruptos homines.

Litt. Xam cân Tien niu.

Vers. Quid sursum est Cælum, irascitur malis.

Sib. (an?) } Hò cui yu Tien, vi so tao ye. Versio, Qui
su xu) peccauit in Cælum, non habet, quem inuocet.

16.° ∞ Cælum auersari Superbos.

Plebs. Tien tao ye guen ngotie nao tai leao.

Vers. Cælestij Pater dispellit meū superbū caput: humili-
liauit me.

Litt. Tien pu jum ngao.

Versio. Cælum non fert superbum.

Sib. (an?) } Tien tao v in, lh tao Kien. Versio. Cælum
y Kim) odit tumidos, et amat humiles.

17.° ∞ Cælum æquum esse.

Plebs. Tao Tien ye cum Tao.

Vers. Cœlestis Pater est iustus.

Fitt. Tien chi cum, vi su.

Vers. Cælum est æquissimū, estq̃ sine affectu priuato.

Fib. (an?) } Hoan Tien uu cin, uei tæxi fu. versio
Xuxim) Cæli supremus Dominus est sine priuato
affectu, neq̃ rationem habet nisi uirtutij.

18.° ∞ Obediendum Cælo.

Plébs. Pim lao Tienye pa. Pury: Pango tie mim. Kiao
Ki lao Tien ye, pa.

Vers. Ad arbitriū Patris Cœlestis. Pury. Vitam
meam trado Patri Cœlesti.

Fitt. Mo fi Tien Mim. Kiun cu tim Tien.

Vers. Nihil accidit à Cælo non decretum. Sapiens
obedit Cælo.

Fib. (an?) } Ali Tien chi mim. versio. Standum
Xuxim) Cæli arbitrio siue mandato.

19.° ∞ Cælum solari bonos.

Plébs. Lao Tienye pu fu hao sin gin.

Vers. Pater Cœlestis non permittit bonorū spes seimaney.

Sitt. Hoam Tien pu fu hao sin gin.

Vers. Supremus Cæli Dominus non eludit bonorum spes.

Fib. (an?) Hoam Tien Kiu en yeu. Versio. Supremus
Lukim.) Cæli Dominus adest bonis.

20.∞. Cælum misereri.

Plebs. Lao Tien ye, co lien ngo, pa.

Vers. Antique Pater Cælestis miserere mei, et sufficit.

Sitt. Vam Tien, co Lien.

Vers. Cælum miserebitur, ita spero.

Fib. (an?) Hao Ki yu min Tien. Versio. Cum gemitu
su xu) inurocandum. misericors Cælum.

21.∞. Sperandam à Cælo ueniam.

Plebs. Kieu Tien lao ye jao ngo, pa.

Vers. Rogo Patrem Cælestem, mihi ignoscat, satius est.

Sitt. Tien jum gin cai co.

Vers. Cælum dat hominibus locum ad resipiscendum.

Fib. (an?) y ngai yo Tien. Versio. Contritio est
Lukim.) clauis referans Cælum.

22.∞. Cælum timendum.

Phbs. Ni pu pa lao Tien ye, ma?

vers. Patrem Caelestem non time?

lit. Xam Tien co uei.

vers. Timendū Cælum, quod sursum est.

lib. (an?) } Uei Tien chi uei. Versio. Verenda
xixim. } est Cæli majestas.

23.º ∞ Cæli Consilia suprahumanū captum
posita 9.

Phbs. Gin pu niem xeu chitas lao Tienye tie su

vers. Nemo potest scire Patris Cælestis consilia.

lit. Tien tao xin ui, nan chi.

vers. Cæli Consilia sunt ualde profunda, et captu
difficilia.

lib. (an?) } Xam Tien chi cai, ui xim, uuhicu. Versio.

xxixim. } Supremi Cæli consilia non habent sonum,
neq̄ odorem, quibus nimirū percipi possint.

24.º ∞ Cælum suos ducere calculos.

Phbs. Gin tie sien suon si, van suon ki, tam pute lao
Tien ye y co suon ki.

Vers. Homini mille, et mille computandi artes nihil
possunt aduersus unum Patris Cœlestis computum.

Fitt. Tien cuyen chim, chu, kia, Kien.

Vers. Cœlum habet suar Multiplicationis, Diuisionis,
Additionis, et Subtractionis regulas.

Fib. } Hoam Hoam xam Ti, ki nim pu te. Versio.
Kiayu } Supremus Dominus est maximè absolutus:
ejus mandata frustra esse non possunt.

25.° ∞ Rerum euentus pendere à Cœlo.

Plebs. Su chim, pu chim: cai lao Tien ye.

Vers. Quod res aliqua exitum sortiatur necne? pen-
det id à Patre Cœlesti.

Fitt. Mou su cai gin, chim su cai Tien.

Vers. Negatum suscipere homini est, perficere est Cœli.

Fib. (an?) } Mo chi guei, lh goei chi, Tien ye. Versio. Rerū,
suxu. } quarū ignoramus auctorem, Cœli ipsū est author.

26.° ∞ Cœlum uitæ, et mortis arbitrium Dominūq̄
unicum.

Plebs. Gin hai ngo, hai pusu: lao Tien ye soie gin su cai e.

Vers. Quod aliquis uelit nocere, non statim morior; si
uerò Pater Cœlestis uult me mori. Actum est, morior.

Litt. Tien kiao ngo sem, gin pu nem hai; Tien kiao ngo
su, gin pu nem kieu.

Vers. Mihi, cœlo ita uolente, uiuenti, nemo nocere potest
Me contra à Cœlo damnatum, quæ potest liberare?

Lit. (an.) } Tien chi ui sam si uen ye, quam gin ki ju yungo.
suxu) vers. Si Cœlum non me damnauit morte. Ad-
uerrarij e regno quam, quid poterunt aduersu me?

27:∞ Cœlum este paupertatis, et diuitiaru dispensatore.

Leb. Lao Tien ye kiao ngo hao, cieu hao, kiao ngo pu hao,
cieu pu hao.

Vers. Patre Cœlesti iubente ut bene mihi sit, bene mihi erit.
sin minus? malè.

Litt. Gin sem jum ju; kiai yeu Tien Tim.

Vers. Quod alij beati, alij miseri: à Cœlo id totum est.

Lit. (an.) } Fu quei, cai Tien. Versio Spes, et hono-
suxu.) rependent à Cœlo

28:∞ Cœlum testem inuocare.

Plébs. Kieut lao tien ye can ngo tie sun, pa:
Vers. Velit Pater Cælestis inspicere meum cor; idq̃
mihî sufficit.

Litt. Cu sin vu quei yu tien.
Vers. Non est quod erubescam, aspiciente cælo me-
um cor.

Lib. (an?) } Tien yen chi, Tien yen chi. versio. (æ-
suæ.) } lum me oderit, cælum oderit me; si res non
ita se habet.

Atque ex multij hæc pauca sufficiant. Habet Lector
in hoc opusculo tria maximi momenti, ad diuturnam
illam Facti quæstionem, de Sapientum Sinarum sen-
su, circa cæli, Confucij, suorumq̃ cultum, spectantia.

Primo loco est Declaratio Imperatorij, eaq̃ tam ess
uerbij, quam ex circumstantij clarissima, tutissimq̃.
Adde quod nuntij publicij fuit vulgata: Regij Palatij
librij inscripta: Prinj Imperij Sinijtris, ac Præsidi-
exposita; proindèq̃ fidem habet omni exceptione ma-
iorem. Ex hac certè intelliget inter alia Lector, tam

ti Principij de Religione Christiana tam bene meriti
fama, sparsa per totam Europam eius uelut Athei diffama-
tione, immerito fuisse laceratam. Quod dictum tot
conjecturis, arteq; conquisiti argumenti stabilitum, si
non potuisset re ipsa funditus eueri, falsumq; demons-
trari; maximam communi sententiae labem intulisset, o b
excimiam Principij Eruditionis famam, et summam
eiusdem in huiusmodi reb; diiudicandi auctoritatem.
Quin et tanta est apud Sinas, et Tartaros seu uenera-
tio, seu adulatio, ut quodcumq; Regium mandatum | chi
y uocant | pro Oraculo habeant. Unde in exigendis
Primatum Testimoniis, non ultra certum numerum, quisut
ficere uisus est, progressi sumus; ne Regio mandato robur
aliunde accendi percreberet.

Secundo loco apponimus multa, praeclearaq; ad ma-
iorem apud Europaeos firmitatem, ac Regiae sententiae illus-
trationem Testimonia, petita non jam ex Classicorum Libro-
rum textib;, qui in editis Apologiis olim multi, clarisq; pro com-
muni opinione prolati sunt, neq; ex Christianorum Sinani

numero, dignitate, ac eruditione, quibus Christiani
nobiscum Sentientes alios longissimo intervallo vice-
runt; sed ex ipsis Ethnici, qui adhuc vivunt, qui
per omnes Litteratorum gradus ad supremos digni-
tatum apices ascenderunt, quibus sublimi loco posi-
ti, per multas vias adiri, consuliq. possunt. Hinc
perfecto apparet, falso assertum, et pro Principio
assumptum: hanc impiorum Sinarum expositio-
nem Veteres de Cælo Materiali interpretantium,
non posse deseri: cum ipsi Imperij Magistri hunc à
se non deseri solum, sed à Veterib. abhorrere tenta-
tur. In hac de Cælo colendo materia affirmare certe
possumus, nullum nos interrogasse, interrogavimus
autem quamplurimos, minoris licet dignitatis Docto-
res qui cum relativis Primatibus non sentiat, Cæliq. Ma-
terialis explicationem adulterinis notis non annu-
meret.

Tertio loco adsunt non pauca ex Regiâ, et Popula-
ri Traditione Divinæ notitiæ monumenta in ipsis su-

perditionum tenebris etiam nunc emicantia; quibus
simul collectis omnino efficitur; falso affirmari, quod
hoc tam præclarum Imperium, tam antiquum, tam
bonis fundatum legibus, ab ipsis Atheismi condito-
ribus sit profectum; nec Europæ Atheos hoc Sinici Im-
perij exemplum afferre posse contra Theologos pas-
sim demonstrantes, ab Atheismo mala. turbas, rei-
publicæ perniciem necessariò existere. Denique
ex hoc triplici Testimoniorum genere, illud etiam li-
quidò apparet: quos primos, solosq; multij annij Divina
Providentia dedit Ecclesie Sinensi Fundatores,
et Patres, eos ab absurdij circa hæc facti Quæstio-
nes, errorib; præservasse; dedisq; illis optimè
intelligere librorum Caspionum sensum; prorsus ut
illorum tanti, totq; de quocumq; argumento Commen-
tarij soli in Regia Bibliotheca appareant; soli à Prin-
cipibus, primisq; Imperij Magistris legantur; et quod
prodigio simile est in tanta gentis superbia tantoq;
Extremum o dios in Imperij Mathematico Tribunali

sexaginta volumina ab Europaeis illis de rebus difficilissimis
scripta, caetera sola à Sinis, ac Tartaris Doctoribus terantur. Il-
los proinde dum mirum in modum suspiciunt Christiani
litterati, auctores suae opinionis habent praecipuos Sectae Lit-
terariae Doctores. Quod si apud hos sermonis, et styli
elegantiam nomen aliquid sibi fecerint illi, qui eos sper-
nunt, merito ex hac Sinarum Doctorum commenda-
tione, caeterisque effectibus; non uero ex amicorum Europae-
orum Elogiis, digni iudicabuntur, qui cum primis illis
Decessoribus toto Imperio celebratissimis, de Sinica eruditi-
one decertent. Notum interea sit hanc Imperatoris ins-
criptionem Kiin Fien, non de Caelo materiali explicandam,
solitos erga Summum, et Majorem ritus gratitudinis causas po-
litice adhiberi. In quibus Stabiliendis ideo solum tot uiri,
et uirtute, et doctrina conspicui desudarunt, quod apud
quemuis rerum Sinicarum peritum certum sit, contrarias
sententias innumeris Sinis, ac imprimis Litteratis uiam
salutis occludere, et ab illis certissimo Missionis periculae
periculo omnes missionarios exponi.

Et cum nobis innotuerit à nonnullis non con-
temni modo, sed et alios pariter ad ejusdem peri-
culi contemptum exciri per datas in Europam lit-
teras: quotquot ex uariis nationibus congregati hic
pro Christo laboramus, et Curiae leges, animorumque
dispositiones in iis, per quos Imperium uniuersum
hinc regitur ob oculos continenter habemus: Om-
nes hoc publico scripto conscientias nostras exone-
rantes: Protestamur Sinensem Ecclesiam, subla-
tis Confucij, Auorumque Ritibus juxta praefatae nostrae
Declarationis tenorem hactenus permisis, diu stare
nequaquam posse. Quin adeo | ut per hoc temporis se-
re habent | ad primam quamque maleuoli cuiusvis ac-
cusationem hujus super Ritibus ejusdem Ecclesiae rui-
nam certo certius accelerandam à nobis iudicari.
Qua quidem Protestatione claudendam Relationem
hanc existimauimus, ne Societati olim uitio uerta-
tur de praedicto imminente discrimine, eorum grauisimo,
id quod erat, mature à nobis delatum non fuisse.

Cui Protestationi subscribimus. Pekini 29 Julij an-
ni 1701.

Antonius Thomas vice Proctus Sinensis
Philippus Grimaldi Rector Pekinensis

Bonus Porcra

Joannes Franc^o Gerbillon.

Josephus Suarez.

Joachimus Bouvet

Kilianus Stumpf.

A. Baptista Regij.

Ludovicus pernoti
dominicus parremi

omnium e Societate J. M. sacerdotum.











